

A Don Galceran Albanell
meritísimo maestro del Tuncp
nuestro señor. A Maad 4 -



93

198

Biblioteca Universitaria	
GRANADA	
Sala	A
Exento	1
Tabla	
Numero	5-234

Handwritten signature or scribble

3-3-286



0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20

198

3-3-286



Biblioteca Universitaria	
GRANADA	
Sala	A
Estantería	3
Tabla	
Numero	5-234

[Faint handwritten text, possibly a signature or title]

126
126



~~196~~
199

Del Colegio de la Compañía de Jesús de Granada B.º

1.489-

DE
CANONIZATIONE
SANCTORVM.
IN HONOREM B.OLLEGARII
Tarraconensis Archiepiscopi, & Barcino-
nensis simul Antistitis.

Auctore

ANTONIO IOANNE GARCIA DE CARALPS,
Decretorum & S. Theologiæ Doctore, Ecclesiæ Barcinonen-
Canonico Poenitentiario, & Subcollectore Apostolico.



Anno

1618.



BARCINONE, Ex Typographia Gabriellis Graells.

Superiorum permisso.



GO Jacobus Bertrola Artium & sacrae Theologiae Doctor, sanctae Inquisitionis Qualificator, nostraeque Barcinonensis, ac Studij generalis Rector, & eiusdem civitatis Ecclesiae Praeceptor, vigore commissionis Reuerendissimi Domini Barcinonensis Episcopi, eiusque Vicarij Generalis, vidi, & recognoui praesentem librum, inscriptum, *De Canonizatione Sanctorum*, in honore S. Ollegarij, auctore Reuer. Antonio Ioanne Garcia Decretorum, & sacrae Theologiae Doctore, Canonico Poenitentiario eiusdem Ecclesiae. Et quia nihil a fide devium, nihilque sanctae Romanae Ecclesiae ritibus, aut Apostolicis constitutionibus obuium: sed omnia Catholicae Religioni, ac bonis moribus consona, imo omnia sunt magnae eruditionis, pietatis, & utilitatis, scituque dignissima, in eo vidi, & recognoui. Ideo typis mandari, & in lucem publice prodire dignum esse iudico: maxime ad excitandam fidelium deuotionem erga Deum, qui est mirabilis in sanctis suis, de quorum veneratione agitur. In quorum fidem, & testimonium me subscribo, Barcinone die 5. Martij 1609.

Jacobus Bertrola.

FGO Franciscus Broquetes Artium, & sacre
Theologiae Doctor, & eiusdem in Barcinonensi
Vniuersitate publicus interpres, ex commisso-
ne Illustris & Reuerendi D. Matthiae Amell
I.V.D. Canonici Ecclesiae Barcinonensis, Vicarij genera-
lis, & Officialis admodum Illustris & Reuerendi S.D. Lu-
douici Sans Barcinonensis Episcopi, & Regij Consiliarij,
legi librum hunc inscriptum De canonizatione Sancto-
rum, in honorem B. Ollegarij, magna diligentia, & sum-
mis laboribus concinnatum ab Illustri & Reuer. D. Anto-
nio Ioanne Garcia Decretorum & S.T.D. eiusdemq. Bar-
cinonensis Ecclesiae Canonico Penitentiario, cui omnes Mu-
sa obsequium praestant. Et quia in eo nihil reperi Catho-
licae fidei, aut bonis moribus repugnans, aut Patrum san-
ctorum decretis, quin potius continet multa diligentissime
elaborata, quae hoc tempore praesertim sunt Catholicis
necessaria, tum ad reprimendas haereses, tum etiam ad de-
uotionem in sanctos cum Christo regnantes uehementius pro-
mouendam. Ideo necessarium, nedum uiliter iudicari qui
typographiae committatur, ut fructus ex eo percipiendi la-
tius diffundantur. In quorum omnium fidem & testimo-
nium haec manu propria scripta subscripsi, Barcinone 3.
Kal. Iunij, Anno à partu Virgineo sexcentesimo decimo
octauo supra millesimum.

Franciscus Broquetes
Artium & S.T.D.

Matthias Amell Vic. Gen. & Off.



RX iniuncto Illustrissimi, & Reue-
rendissimi Domini Ludouici Sans
Barcinonensis Episcopi, perlegi
non sine fructu, & delectatione
tractatum De Canonizatione San-
ctorum, in honorem B. Ollegarij
quondam Tarraconensis, & Bar-
cinonensis simul Antistitis, editum ab admodum Re-
uerendo Antonio Ioanne Garcia grauissimo Theolo-
giae, & Decretorum Doctore, necnon Ecclesiae Bar-
cinonensis Penitentiario Canonico, in quo nihil re-
peri non orthodoxum, non doctum, non denique illo
tam foelici Authoris ingenio dignum. Si quidem uni-
uersa, quae ad canonizationem Sanctorum expectant,
adeo serio, ac erudite pertractat, & iuxta Ecclesiae
sanctae, necnon Pontificum, & aliorum Doctorum
germanum sensum elucidat, ut nihil amplius in hoc
genere queat desiderari. Denique sanctitatem, egre-
giaque merita Antistitis sancti adeo extollit, ut om-
nes in illius rapiat amorem & deuotionem, dignissi-
mumque Dei virum comprobat, ut in Sanctorum
numerum referatur, & sua patria Barcinonensis de
tanto gaudeat Patrono, Pastore, & sancto. Quapro-
pter e re omnium fore censeo, si in publicum editus
fuerit, ad Christi, & sancti nostri gloriam, & hono-
rem. Barcinone apud Praedicatores 4. die Nouem-
bris anno 1614. Et denique reuisum anno 1618.

Fr. Thomas Roca S.T.D.
Ordinis Praedicatorum.



NOS Don Ludovicus Sans Dei, & S. Apostolicæ sedis gratta Episcopus Barcinonensis, attenta approbatione religiosissimi Fr. Thomæ Roca Prioris Monasterij sanctæ Catherinæ, viri omnium scientiarum genere peritissimi, concedimus facultatem imprimendi hunc librum, & tractatum De Canonizatione Sanctorum, ab egregio viro Antonio Ioanne Garcia Decretorum, & sacræ Theologiæ Doctore, ac huius Barcinonensis Ecclesiæ Canonico & Pœnitentario dignissimo, in honorem beati Ollegarij editum, die 12. mensis Decembris 1614. Et iterum reuisum hoc anno 1618.

L. Episc. Barcinon.

*Lo Duch de Alburquerque,
Lloctinent, y Capita general*

PER la present donam llicècia, permis, y facultat a vos Io amat de la Real Magestat doctor Antoni Ioã Garcia Canonge de la S. Iglesia de Barcelona, pera que atesa la aprobacio del Ordinari pugau liberament vedre o fer vendre vn libre per vos compost, intitulat Historia de la vida, milagros, y excelècias de S. Oleguer Obispo que fue de Barcelona: y axi be fer imprimir lo segó tomo, intitulat De Canonizatione Sanctorum, en hõra del dit S. Oleguer. Prohibint expressament, que durant lo temps de deu anys, dei dia de la data infra scripta en auant compradors, persona alguna de qualseuol grau, stat, o condicio sia, puga imprimir, vendre, ni fer imprimir, ni vendre algu de dits libres dins lo Principat de Catalunya, y Comptats de Rossello, y Cerdanya, sens expres orde y llicencia vostres, sots pena de perdre los libres imprimits, molles, y aparells de la impressio, y de sich cents florins de or de Arago als Reals cofrens aplicadors: sots la qual pena diem, y manam no res menys a tots y sengles Veguers, Balles, Sotsueguers, Sotballes, y altres qualseuol Officials, axi Reals, com de Barrons, tant majors, com menors, q la present nostra llicècia tinguè, guarden, y obseruen, tenir, guardar, y obseruar fassen, y contra no vinguen en manera alguna, si la gracia de sa Magestat tenen cara, y en la pena predita desijen no incorrer. Dat en Barcelona a 15. de D. zembre M D C X V I.

El Duque de Alburquerque.

*Vt. de Salba & de
Vallseca Rs.*

*Vt. Don Christophorus Gallart & de Traginer
Regens Thesaurariam.*

Michael Perez.

E R R A T A.

Errata, quantumvis minus sim, negligentia & incuria in profforis & correctoris facta, gravissime offendunt lectorem & authenticam, etiam si sit mutatio unius tantum litteræ in aliam, maxime quando mutatione illius litteræ variatur verbum, aut nominis casus, ut litteræ i, in litteram o, ut pro Episcopis, legitur Episcopus, lin. 1. pag. 242. & lin. ult. pag. 210. Caditulum, legendum est Capitulum: sepius ne etiam mutatur sensus, ut saltim, pro saltem. Iltis litterarum mutationibus causantur solœcismi, barbarismi, falsæ locutiones, & constructiones. Vel est aliquorum verborum omisio, ut pag. 3. lin. 6. Prior, post verba S. Adriani, & pag. 334. lin. 4. post dictionem Coasultores, desunt sequentia verba, Reverendissimi patres Inquisitores, Commissarii, & sanctæ Sedis Apostolicæ Legati, & Subdelegati, & pag. 125. lin. 15. post relatiuum qui, deest hæc præpositio in, pag. 59. lin. 8. legatur potuerunt, non poterunt, pag. 302. lin. ult. honorem, non hominum, pag. 323. lin. 15. & 16. in additione, non adnotatione. Ea tantum errata confitentur, quando tota dicitio est errata, ut pag. 184. lin. 1. pro reliquis, legitur imaginibus, & pag. 158. lin. 1. ubi legendum licitum, non luitum, & pag. 151. in margine Rei graues, non Reges graues, & pag. 162. in margine Cōsiliū in iuuenum, non inuutum, pag. 102. lin. 3. digesit, non digressit, pag. 254. lin. 18. & 19. Probatum cum P, maiuscula, pag. 120. lin. 12. generosa, non Gentilis, & ead., pag. 25. quod, non quem, pag. 136. lin. 13. in viam genium, pag. 222. in Summario nu. 2. Bulla, non Bullæ, pag. 249. lin. 1. factas, non factis, pag. 160. num. 1. gubernium, non gubernum, pag. 211. lin. 3. suffecti, non suffulti, pag. 295. §. 1. dubitantium, non dubitatum, pag. 363. Eptogus vltimæ digressionis, est in summario nu. 8. non est titulus.



AD B. OLLEGARIVM

PROSPHONETICA.



IMMENSA

a Deo, dulci patrocínio tuo, in me collata beneficia (Ollegari beate) animum meū ad tuas laudes ef-

ferendas impulerunt, ut beatissimus dominus noster Papa Sanctorum catalogo te adscribere dignetur, sicq. toto terrarū orbe te veneretur Ecclesia: sicut hæc tua ab intimis visceribus exoptat, quā, dum vita comes fuit, illustrare voluisti admi-

rabili doctrina, innumeris virtutum, & exemplorum meritis, & crebris post obitum miraculorum prodigijs a summo celo coruscantibus: quibus, quā singulari te **Deus** prosequatur amore, demonstratur. Laudum tuarū præconia regulis, & doctrinis de canonizatione sanctorum ex diuinarum litterarum, & sacrorū canonū fonte manantibus, non sine magno labore, te inspirante, scribere, alacri fronte, diuino numine fretus, in lucē edere, tibiq. dicare, venerationis tuæ gratia, non sum oblitus. In **Dei** laudem & Sāctorum honorem, **Romaniq. Pontificis** et **Ecclesiæ** decorem, hereticorum nostri temporis dementias, et tenebrarum errores fugare, et è medio tollere curavi. Sāctæ **Romanæ Ecclesiæ**, & eius **Præsulis** in cathedra **Petri** sedentis iudicium absque vllius falsitatis, aut erroris labe, certum, & infallibile esse in ferendis sacre canonizationis, rerumque fidei decretis, clare, ac succincte, occasione canonizationis

tionis tuæ, demonstravi. **Roga** igitur pro incolumitate, & salute illorū, qui in huius rei obsequium laborāt: vt ad optatū finem eorum vota perueniant: maxime pro **Catholici Hispaniarū Regis**, inclitici. **Principis** felicissimo regimine. **Quorum** litteris ad **S^{um} D. N. Papā**, ac ad **Illustriſs. S. R. E. Cardinales** pro tuæ canonizationis, & diuinorū celebrationis ferendo decreto, deuotissimisq. precibus cōmendaris. **Quorū** corda in manu **Dei** existentia dirigat **Spiritus sanctus**, ad hoc desideratū decretum perficiendū. **Roga**, te quæsumus, pro tanti **Præsulis** prospera vita in longitudinē dierū, qui te inter cælestiū diuorum agmina gloria fruentem enumerabit, vt ad felicissima tempora **Deus** incolumen conseruet. **Roga** tandem pro huius nostræ ciuitatis, & **Principatus**, cleri, & populi, nostrique omnium status augmento, pro pace & salute, pro **Catholicæ fidei** integritate, & puritate, quam, te adiuuante, profitemur. **Qui** a

ff ij quadria-

a quadringentis octuaginta annis, & vi-
tra, te, quem Deus innumeris miraculis
clarum honorat, tuumque sacrum mi-
raculose integrum conseruat corpus, re-
ligiosissimo cultu veneramur, & coli-
mus Barcinone.

Antonius Ioannes Garcia.

SANCTIS:



SANCTISS. D. N.

PAVLO QVINTO

Sanctæ Romanæ, Catholicæ, & Apo-
stolicæ Ecclesiæ Pontifici Maximo.

Beatissime Pater.



LIBRI huius subiectum de cano-
nizatione Sanctorum ad Sancti-
tatem Vestram nullus ignorat
spectare, tanquam ad Iudicē su-
preum a Deo in vrbe constitu-
tum ad iudicandas grauiores Ca-
tholicæ fidei, & sacre canoniza-
tionis causas. Res quidem egregia, difficilis, & pe-
regrina: perutilis tamen, & hac tempestate omnino
necessaria, ad fugandos hæreticorum errores, & de-
mentias. A quorum oculis cruorem albuginis, dilu-
cida ex diuinarum litterarum, & sacrorum canonum
fontium sana, prominente, & scaturiente doctrina,
exterminare, tergere, & linire, non sine magno la-
bore, curavi. Ignorabant siquidem, ni fallor, quo-
usque extendantur, & dilatentur simbriæ ditissimi
patrimonij Petri: quæ sunt magna, & pretiosa dona
ei a Christo data. Exercet enim Romanus Pontifex
summi

summi Sacerdotis, & Pontificis autoritatē, & exequitur summi Principis potestatem. Trāslato enim sacerdotio, necesse fuit vt legis translatio fieret. Est enim omnium ouium pastor, & firma fidei petra. Habet clauēs Dauid, cuius regni non erit finis. Claudit & nemo aperit, aperit & nemo claudit: sunt enim illius clauēs regni cęlorum. Habet etiam ineffabilem ligandi, & soluendi potestatem: soluit nāque fidei, sanctitatis, beatificationis, & Sanctorum canonizationis, diuinorumq. secretorum nodos, sacrarū scripturarum enigmata referat, obscura dilucidat, dubia declarat, & quę Dei sunt exequitur. Magna est igitur concessa Petro, & eius successoribus potestas in cœlo, & in terra. Cuius iudicium certum & infallibile est, cum sit diuinum, & non humanum, eodē verbo firmatū, quo cœli conditi sunt. Ideoq. in his errare non posse certissimū est, & de fide, diuina prouidentia sic disponente, & Spiritu sancto assistente. Et licet generalis sit doctrina omnibus Sanctis communis, hunc tamen inuendi laborem, difficilemq. prouintiam, nisi in honorem B. Ollegarij totius Tarraconensis Prouincię Primatis, & Barcinonensium simul Episcopi, foelicis recordationis Gelasij secundi autoritate creati, aliter forsā meis humeris nō imposuissem. Eo maxime, quia B. Ollegarij exemplaris vita, meritis, & doctrina, præclarissima corporis forma, eleganti loquela, subtili ingenio, memoria docili, omni virtutum genere, populorū concursu ad eius conciones audiendas, verbi diuini expositionis dexteritate, magno charitatis zelo, illustris, & conspicua. Quę illū valde dilectū ab vniuersis Principibus, clero, & populo, & præsentim a summis Pontificibus, qui eo tempore floruerunt, eorūq.

gratia

gratia dignum effecerūt. Floruerunt namque à prima eius luce de anno 1060. vsque ad foelicissimę diei obitum, quę fuit sexta Martij 1136. Nicolaus, Alexander, Urbanus, Paschalis, Calixtus, Gelasius, Honorius, & Innocentius omnes horum nonnulli secundi, quorum præclarissima gesta, breui, & dilucida oratione libro de eisdem B. Ollegarij, & miraculis intexui. Vbi etiam de ingruentibus Maurorum bellis totam Hispaniam depopulantium: de illorum ingressu, & expulsionē: de inuictissimo animi, corporis, & armorum robore nostri Cathalonię Principatus, quem vltimo occuparūt, & qui primus ab eorum faucibus se liberauit, per merita, & sedulam diligentiam eiusdem B. Ollegarij. Qui à Calixto secundo obtinuit gratiam sanctę Cruciatę in sui Principis fauorem, ad expellēdos dictos teterrimos Catholicę fidei inimicos: à quo ipse à latere Legatus, & litterarum Apostolicarum exequutor institutus fuit. De feruentissimo Barcinonensiu obsequio, quo sanctam sedem Apostolicam, & fidem Catholicam prosequuntur: à qua nunquam exciderunt, postquam eam à diuo maximo Iacobo, & à Principibus Apostolorum Petro & Paulo acceperūt. Virum itaque sanctimonia vitę, & miraculis clarum ante oculos Sanctitatis Vestre Iberia nostra Tarraconensis, & Barcino deuota, ad sanctissimos pedes prouoluta, maximis precibus, orans proponit. Vt inter diuos eum referre dignetur, quem Deus mirificare, & honorare voluit in terris, & quem antiquissimi Episcopi à quadringentis & septuaginta annis, & vltra plures honores solis Sanctis canonizatis tribui solitos concedere, sanctumque appellare, & inuocare: quorum exemplo vniuersus clerus, & populus in publico



blico Cathedralis sacello, & altari, ipsius B. Ollegarij integrum corpus, quod Deus miraculosè incorruptum conseruat, colere, & venerari nunquam dubitarunt. Sicut & Sanctitas Vestra, dum superioribus annis patriam nostram lustraret, ad Catholicæ Maiestatis Hispaniarum Regem tunc à latere Legatus, antequam ad hoc summum apicis fastigium à Deo assumeretur, hunc B. Ollegarium, cuius patrocinio eundo, & redeundo, à Præpotenti Deo Beatitudo Vestra incolumis seruata est, visitare, venerari, & inuocare non fuit dedignata. Libri ergo huius, & petitionis munusculū honore dignum faciat Sanctitas Vestra, quam ad foelicissima tempora Deus prosperè conseruet. Amen.

Sanctitatis Vestræ deuotissimus

Antonius Ioannes Garcia Canonicus
Pœnitentiarius Ecclesiæ Barcinon.

PRAE



PRAECLARISSIMO
PHILIPPO III.


Hispaniarum, & vtriusque Orbis
Principi Catholico.
Prospera Cuncta Succedant.



LVRA præclarissimis viris notatione digna, quæ in flore iuuentutis meæ in magnam huius Principatus utilitatē, primo calamo, multis laboribus conceperā, in virili ætate frequenti rerū, & studiorū varietate, parere nō licuit. Cum nec dum absoluta essent, tum etiam quia verebar detractorum labia. Ex quibus in senectute volui, lingua Hispana, de sancti Barcinonensis Episcopi Ollegarij simul & Tarraconēsis Archiepiscopi vita, & miraculis, ex varijs antiquitatum monumentis, sub tutissima tanti Principis umbra, in lucem edere librum. Nunc alium de canonizatione Sanctorum, in eiusdem S. Ollegarij honorem, eidem tanto Principi dicare placuit. Hisce enim lucubrationibus Celsitudinem vestram inducere conabor in eius flagrantissimam deuotionem, tot, tantisq. rationibus tali patrocinio digni: ut eius præclarissimum nomen Catalogo Sanctorum adscribatur. Sed quid dixi? nonne toto hoc libro nitor probare

††† j

bare



bare nostrum sanctum Archiepiscopū esse indigetem? cum antiquissimi Episcopi, illis florentissimis temporibus, plures honores solis Sactis canonizatis iure debitos, nostro diuo Ollegario, attenta vitę ipsius sanctimonia, tot miraculis comprobata, concesserint. Esto verū sit, Episcopus tanta auctoritate fulcitos fuisse, vt inter diuos referre licuerit homines, qui integerrimis virtutibus, laudabili vita, virtutum meritis, aut martyrio pro fide Christi passos, cæteris hac luce mortali fruuentibus, probatissimum penitentię, & perfectiōis exemplar exitere: maximē si Dñs miraculorum dono eos in terris mirificauerit. Propterea omnes affirmant nostrum Ollegarium inter sanctos Confessores connumeratum fuisse: prout demonstratum toto hoc opere existimamus. Eorum tamen Prælatorum canonizationis iurisdictionis non excedebat limites sue diocesis, nec vniuersam Ecclesiā ligabat, aut vinciebat. Vestrę igitur humanitatis erit, hoc libelli munus in Sacti huius honorē, tanta Principis auctoritate, ac gloriose suppetiarū numine vallatum, tueri & fouere: vt eius illustrissimum nomen in diuorum albo à Sanctiss. D.N. Papa locetur, ab omnibusq. Christi fidelibus tāti viri sanctitas veneretur. Sicq. libri, & authoris huius pensum, ac magnę, incredibilesq. totius Christiani populi preces optato fine fruuntur. Ne igitur (potentissime Princeps) præclarā hanc rem aggredi dedigneris, tali, ac tanto Principe dignam, Deo Optimo Maximo placitam, & diuo nostro Ollegario debitam. Cuius premiij causa coronam Celsitudini vestrę, per eius intercessionem concedat Dominus post multa felicissima secula, in gloria. Amen.

Antonius Ioannes Garcia Sanctę
Ecclesię Barcinonen. Canonicus.

[N]



I N C L Y T A E
BARCINONENSIVM
C I V I T A T I

Totius Cathalonie Principatus capiti,

ILLVSTRIBVS CONSILIARIIS,

Sapientiq.ue centum virorum Concilio,

Prospera cuncta succedant.


IN honorem sancti Ollegarij huius ciuitatis indigenę, & patroni (Perillusttris, ac nobilissima ciuitas) priorem tibi librum dicaui, de eius præclara vita, quem Deus gloriosis miraculorum prodigijs & meritis illustrare voluit, & tanquam lucernam, ac facem ardētē super Ecclesię suę candelabrū extulit. Nō solū vt hæc Tarraconēsis Hispaniæ Prouintia lucis Sacti sui radijs claresceret: sed etiā vt magna totius fere orbis pars, qua perrexit longa peregrinatione, ad visenda Terrę sanctę veneranda loca, ipsius admirabili doctrina splenderet, ac coruscaret.

Hunc quoque secundum in eiusdem sancti Ollegarij laudem, de canonizatione Sanctorum, ad te,

††† ij optima

optima parens, (quæ à recto Catholicæ fidei trami-
te nūquam cecidisti) cæterarum omnium ciuitatum
exemplar, ac titulis non paucis in alia prospho-
netica recensitis, facile principem dirigere placuit. Hoc
libro omnes leges à sanctis Patribus, tã Theologis,
quam in iure peritis, ad beatificationem, & diuorum
canonizationem pertinentes, nostro sancto Ollega-
rio, non humili, sed eleganti stylo, conuenire pro-
baui: ad facilius canonizationem illius à Romano
Pontifice, ad cuius obsequium semper inclinaris, im-
petrandam: ac ad inducendos Sanctissimos, & Illu-
strissimorum Cardinalium animos, pro tam optato
decreto obtinendo. O felix Barcino, atque iterum
felix: quia quem quingentos iam & ijs amplius an-
nos genuisti, Deus in cœlis honorat, & in terris illu-
strat, eius miraculosè integrum corpus conseruans,
vt tu in illius Cathedralis sacello honorificè veneris,
& colas. Qui tui felicissimi status augmentum
à Deo Opt. Max. precatur, & rogat.

Antonius Ioannes Garcia.




AD LECTOREM.



D deuoti animi Lectorem, acri inge-
nio præditū, quæcunque in hoc secun-
do elaborato opere digesta sunt, diri-
guntur: & præsertim tria illa priora
præcludia, de præclara beati Ollegarij
vita. De eius sacri sacelli, ab illius
fidelium deuotis, frequentatione. De
concurfu, & deuotione venientium ad eius sacrum & in-
tegrum corpus, honoris, & venerationis gratia visendi in
in dicti sacri sacelli venerabili sepulchro, in quo religio-
sissimo cultu, publicè veneratur & colitur. De crebris, ac
prodigiosis miraculis, illius intercessione, à Deo in fauo-
rem suorum, ad eius dulce patrocinium, magno deuotio-
nis, & feruoris zelo confugientium concessis. De causisq.
& rationibus, quibus motus fuit Author ad laudes sancti
Ollegarij Archiepiscopi totius Tarraconensis Hispaniæ
Primatis scribendas. Quarum occasione, non minus vti-
lem, quam toti Catholicæ Reipublicæ necessariam, sa-
nam, arduam, difficilem, & peregrinam doctrinam de
canonizatione Sanctorum, ex diuinis litteris & sacris
canonum decretis erutam, non mediocri labore, in lucem
tradere voluit: in obsequium canonizationis, & merito-
rum eiusdem S. Ollegarij, ac in beneuoli Lectoris benefi-
cium, duplici Indice, præludiorum, capitulorum, & pa-
ragraphorum primo, insignium autem rerum, secundo,
ornatam. Quorum lectura S. Ollegarij historiæ, factique
species, & sacri iuris, & diuinæ Theologiæ allegationes,

pro

pro his de quibus agitur, facilis erit cognitionis discussio. Huius libri, non rudi Minerua, perpolitum opus, sed per tam peregrina materie de canonizatione Sanctorum, consultius ex doctioribus amicis, consultationi respondens: seorsum à laudibus S. Ollegarij fuisse dictatum, laudauit. Cui aliter satisfacere non potuit, quam ut beato Ollegario laudibus ducant, non Authoris laborum studiis tribuant, qui de tali materie parum curabat. Quod si exteris ab Hispaniarum Regnis placuerint Authoris labores, erit etiam sancti Ollegarij fama, & illius admirabilis vitæ sanctimonia, miraculis illustrata, laudum historia diuulgata, non minus placita, quam doctrina laudata. Ex quibus conijce, si placet, integerrime Lector, an lucubrationes istæ valeant ad mouendum animum summi Sacerdotis, summiq. Principis, & Iudicis supremi, ac sacerdotum Leuitici generis, qui præsumt iudicio canonizationis Sanctorum, in loco quæ elegit Dominus, ad maiores Ecclesie, & fidei causas discutiendas: ut noster Archiepiscopus Ollegarius iudicetur dignus ad generalem canonizationem obtinendam. Maxime ad tam deuotam Catholici Hispaniarum Regis, præclarissimiq. Principis petitionem, ac ad humiles cleri, & populi Barcinonensis ciuitatis, ac totius Cathalonie Principatus, Tarraconensisq. Prouintie preces. Lege igitur candidè Lector attentè Authoris mentis cõceptus, quos sub correctione eorum, qui præsumunt iudicio Ecclesie submittit.



DE LAVDIBVS
BEATI OLEGVERI
IOANNIS MITAVILA D. D.
ad Lectorem Heroicum Carmen.

*Q*uis poterit summas Olegveri scribere laudes:
Cuius vita fuit, qualem doctissimus author
Hoc, alioq. libro retulit sermone soluto?
Virgo parens igitur faulrix sis carminis huius:
Ut minimas saltem gracili modulante Thalia
Commemorare tuo suffultus numine possim.
Barcino communis Gotholanae patria gentis
Hunc genuit nobis claro de sanguine natum.
Indolis egregia fuit hic, virtutibus atq.
Deditus à puero candenti lacte nutritus.
Artibus ingenuis primum, sacraeq. deinde
Theologia incubuit vigilans noctesq. diesq.
Pluribus hic annis, viginti scilicet. Hincq.
Efficitur clamans diuini buccina verbi.
Vir pius, ac iustus, sapiens fuit, atq. pudicus.
Linguarum hic habuit donum, donumq. prophetae.
Quod domini nostri concessum legimus esse
Discipulis: quando Paracletus venit ad illos.

Sicq. Dei verbum caelesti nectare plenus
Tunc enarrabat cunctis, & ab omnibus ille
Percipiebatur vulgans magnalia Christi
Non aliter quam, si linguis loqueretur eisdem.
Ad Dominum multos tandem conuertit ubiq.
Hic fuit antistes nostrae regionis, et urbis.
Tarraco namq. suum Prælatum, Barcino nec non
Hunc habuere simul, Res est per digna Notatu!
Ille Palestinam supplex, humilisq. pedester
Tunc petijt: quum iam sexagenarius esset.
Sancta salutauit loca, quæ Saluator Jesus,
Ut nos saluaret, multo perrexerat ante.
Omnia perquirat gemitus, lachrymæsq. profundæ.
Feruidus ille fuit tranquilla pacis amator.
Ad pacem siquidem plures, variisq. reduxit
Pugnantes inter sese, & fera bella gerentes.
Componebat item lites, et iurgia Regum.
Barcineoq. dabat Comitum memorabile semper
Consilium in rebus recte sanctoq. gerendis,
Expulit hic mauros nostris de finibus olim.
Pontificum, Comitumq. fuit charissimus usq.
Ille loqui fecit mutos, cæcosq. videre,
Audire & surdos, claudosq. incedere rectos.
Numine diuino præscivit tempus, et horam,
Qua moriturus erat, semio confectus. Et inde

Decessit

Decessit gaudens illius Spiritus autem
Sydera celsa petens sublimem scandit Olympum.
Illic sollicitus nobis est nempe patronus.
Exanimum nullo corrosum verme cadauer
Permanet ex illo syncerum tempore. Quare
Corporis integritas ex tot labentibus annis
Est miranda quidem: quum nulla in parte recisum
Illud præsertim fuerit, multosq. per annos
Contectum terra, conditum & aromate nullo.
Quod procul (heu) dubio portetum ostēdit ab alto
Stellanti scilicet demissum rite colendum.
Sæpius illius summa virtute tiara
Præbuit, & præbet varijs medicamina morbis.
Quamuis non dum sint illi sacra fana dicata:
Est tamē in templo pulchrum maiore sacellum,
In quo depictæ pendent permille tabellæ,
Atq. alia infinita fere sunt muneræ magna,
Quæ diuersorum lustralia vota fuerunt.
Incorrumpum etiam sancte veneratur ibidem
Corpus lampadibus multis noctuq. diuq.
Accensis, & mille modis. Mirabile visu!
Hæc leniter tetigisse satis sit. Cætera verò,
Aut certè per multa notat clarissimus author.

Quis tot virtutes ergo, et miracula cernens
Sanctorum in libro scriptum non censeat iri

Hunc?

Hunc? Quod Aragonum reges instare proinde
Cœpere, et nostras Raymundus Clauiger olim.
Immo à Præsulibus priscis. (quibus ipsa facultas
Tunc canonizandi sanctos erat) ille relatus
Diuorum in numerum fuit: ut reuerendus in hisce
Comprobat omnino libris Garcia duobus.
Quos lege sæpe tuis oculis percandide Lector...

DE LAUDIBVS OPERIS EIVS-
dem etiam ad Lectorem distichum Carmen.

Postea quam vitam, mortem, et miracula multa
Diui Ollegueri tradidit author ibi:
Nunc canonizandi sanctos pertractat acutè
Materiam pulchram, difficilemq; simul.
Hæreticorum etenim longe propulsat iniquos
Errores septem dexteritate sua.
Istorum vnus hic est: Papæ quod nempe negarent
Ius canonizandi. Maximus error erat.
Nā Deus Omnipotēs Petroq; et successoribus eius
Ius dedit hoc cunctis. Nec dubitare licet.
Versibus his igitur tibi, prudentissime lector,
Hæc cecinisse sat est. Iam vale. Viue diu.

DE
CANONIZATIONE
SANCTORVM.

In honorem Beati Ollegarij.



Ad faciliorem de Sanctorum Canoni-
zatione dicendorum notitiam, huic in
Beati Ollegarij honorem tractatui, sex
Præludia, non inconsulto, præponam.

PRIMUM PRÆLVDIVM.

De S. Ollegarij vita.

S V M M A R I V M.

- 1 Cuius gratia hanc recopilationem vitæ Sancti Ollegarij fecerit Author.
- 2 Laudes Beati Ollegarij.
- 3 Sanctus Ollegarius Canonicus Barcinonensis.
- 4 Sanctus Ollegarius Prior Sancti Adriani.
- 5 Sanctus Ollegarius Abbas Sancti Ruffi.
- 6 Comitatur Serenissimam Dulciam Comitissam.
- 7 Vacat Episcopatus Barcinonensis.
- 8 Eligitur Sanctus Ollegarius in Episcopum Barcinonensem.
- 9 Sanctus Ollegarius fugit, reuens electionem.

A. j. Confir-

- 10 Confirmatio electionis.
 11 Sanctus Ollegarius consecratur.
 12 Sanctus Ollegarius visitat limina sanctorum Apostolorum.
 13 Sanctus Ollegarius creatur Archiepiscopus Terraconensis.
 14 Peregrinatur ad Terram Sanctam.
 15 Redit à peregrinatione.
 16 Obitus sancti Ollegarij.
 17 Eluatio corporis sancti Ollegarij è terra.
 18 Miracula sancti Ollegarij.
 19 Translatio corporis sancti Ollegarij.
 20 Sacellum sancti Ollegarij in Cathedrali Barcinon.
 21 Corpus integrum & incorruptum.
 22 Veneratur. thurificatur.

1600.

Cuius gratia et
 causa Anthon
 banc recopilationem
 fecit.



ITA Beati Ollegarij, Domini Illustri defonsi Coloma, anno millesimo sexcentesimo, Episcopi Barcinonensis Reuerendiss. rogatorio iussu, ex varijs antiquissimis voluminibus in Bibliotheca & Ecclesie Barcinonensis Archiuo reconditis, per Reuerendum Antonium Ioannem Garcia Pœnitentiarium eiusdem Ecclesie Canonicum, sacre Theologie & Doctorum Doctorem, in deuoti animi obsequium, pro relatione Beatissimo Papæ Clementi felicis recordationis octauo transmittenda, summa opera & studio collecta.

Laudes B. Ollegarij.

Beati Ollegarij Episcopi Barcinonensis natione Cathalani, cum generoso auorum stemmate, tum omni scientiarum & virtutù gloria, necnon linguarum & prophetie dono, miraculis & vitæ sanctimonia,

nia, vbiq̄ue terrarum illustri, sacratum & integrum corpus hac in nostra Barcinonensi Cathedrali Ecclesia ab anno MCXXVI. summa cum veneratione requiescit.

1136.

- 3 Ex Barcinonensis Ecclesie Canonico, Monasterij sancti Adriani, in quo Reuerendissimus Bertrandus Episcopus Barcinonensis sub suæ sancte Crucis Ecclesie ditone, & Abbatis sancti Ruffi de Magdalo in Prouintia Prouincie, regulares Canonicos ad sancti Augustini normam, duplici à Barcinone lapide instituerat. Cui Canonico Prioratui cum summa laude, nec sine omnium admiratione per multos annos præuisset, præfati Monasterij sancti Ruffi Abbas creatur. Cum autem post annos aliquot Serenissima Dulcia Comitissa Prouincie, Gilberti, alias Roberti, Guitardi Comitis Mediolani & Apulie Principis filia, inuictissimi Raymundi Berengarij Comitum Barcinonensium tertij vxor, in Comitatu de Prouincia Barcinonem venisset: vacante tunc fortè Barcinonensi Episcopatu: instante Cle-
 7 ro & vnanimi populo hoc ipsum efflagitante, à Comite & Comitissa beatus Ollegarius Episcopus eligitur. Hunc ille honorè auersatus, Prouintiam versus ad suam sancti Ruffi Abbatiam noctu iter arripuit. Comes autem vento secundiori Romanam delatus, à beatissimo Papa Paschali secundo obedientie litteras, quibus beatus Ollegarius ad sacri Episcopatus susceptionem induceretur, facile per nuntios (cum ipse à Pisanis, Henrici Theutonicorum Imperatoris, qui tunc in Italia erat, tyrannidem tineretur) obtinuit. Sic per Cardinalem Boso sancte Sedis Legatum beatus Ollegarius anno millesimo

S. Ollegarius Canonus Barcinonensis,

Prior S. Adriani.

Abbas S. Ruffi.

Comitatur Comitissam Dulciam.

Vacat Episcopatus Barcinon.

Eligitur in Episcopum, et fugit.

Roma proficiscitur Comes pro confirmatione electionis.

1115. fimo centesimo decimo quinto in prædicto Sancti I I
Consecratur in Ruffi Monasterio Episcopus consecratur. Postquã I I
Episcopum San- verò annos aliquot Barcinonensis Ecclesiæ clauum
ctus Ollegarius. sanctissimè rexisset, Beatorum Apostolorum limina I 2
Visitat limina SS. Apostolorũ. visitandi gratia Romam proficiscitur, & à Papa Ge
SS. Apostolorũ. lasio Secundo honorificè acceptus, in sanctitatis do
Creatur Archie- ctrinæ & eloquentiæ præmium Archiepiscopus Tar
piscopus Tarra- raconensis, (cuius Prouintiam infestissimi Mauri de
conensis. populauerant) retento etiã Barcinonensi Episcopa
 tu, anno millesimo centesimo decimo octauo crea
 tur. Beatus verò Ollegarius martyriũ subeundi fer
 uore supra quam dici potest commotus, (terram & I 4
 loca sancta sacro sacratorum Domini nostri Iesu
 Christi pedum calcatu cõsecrata, deuotionis lachry
 mis irrigandi, & Christianos ibi degentes, verbi præ
 dicatione in amoris diuini studium inflãmmandi cau
 sa) Hierosolyma petit. Vnde Barcinonem rediens, I 5
 cum verbo, tum opera & exemplo, vtramque Ec
 clesiam Tarraconensem cum Barcinonensi, ad obi
 tum vsque, qui fuit pridie idus Martij anno millesi
 mo centesimo trigesimo sexto, quem multò ante I 6
 prædixerat, in totius Ecclesiæ molumentum rexit.
 Diui Ollegarij corpus in terra honorificè, non sine I 7
 deuotorum lachrymis sepultum, vitæ sanctimonia,
 morte pretiosa, & crebris miraculis illustratum, eius
 sanctam animam Paradisi gaudia possidere, populo
 & clero postulante è terra integrum corpus reper
 tum, honoris & venerationis gratia decreto Episco
 pi effossum & eleuatum fuisse omnium ora testatur. I 8
 Cumque postea propter innumera eius miracula, de
 sacri corporis, ex claustris in Cathedralis Ecclesiæ I 9
 quoddam sacellum eius nomini dicatũ, sepulchro I 20
 marmoreo elaboratissimo, cum sculpta Beati Olle
 garij

*Consecratur in
Episcopum San-
ctus Ollegarius.
Visitat limina
SS. Apostolorũ.*

*Creatur Archie-
piscopus Tarra-
conensis.*

*Ad Terrã San-
ctam peregrina-
tur.*

*Redit à peregrini-
natione.*

*Obitus Beati Ol-
legarij.*

*Eleuatio corpo-
ris D. Ollegarij.*

*Miracula.
Translatio cor-
poris ad sacellũ
in Cathedrali.*

- garij effigie translatione inter Canonicos agitare-
 tur, eius integrum & incorruptum corpus venerari, *Corpus integrũ
& incorruptũ.*
 21 honorare, & inuocare sanctum post eius eleuationẽ
 non dubitarunt. Quæ pellis cum tota carne integri-
 tas, & in hunc vsque diem miraculorum copia, non
 iterum humandi, sed eodem sacello decentius & vi-
 22 sibili loco, maxima omnium cum veneratione, sacri *Veneratur;*
 corporis asseruãdi occasionem præbuerunt: & quo-
 ties altare maius, vbi Sancti Seueri corpus requie-
 scit, & Sanctæ Virginis Eulaliæ inclitæ huius Ciui-
 tatis Patronæ capella cum choro, toties eadem per
 ordinarios hebdomadarios Sãcti Ollegarij corpus,
 à multis annorum centenarijs summa in veneratio- *Tõurificatur;*
 ne habitum, thure condecoratur. atque de eius vita
 qua fieri potuit paucis dicta sufficiant.

SECVNDVM PRÆLVDIVM.

*De creberrima sacelli S. Ollegarij post ca-
 nonizationem S. Raymundi de Pe-
 nyafort frequentatione.*

SVMMARIVM.

- 1 **V**ltra solitum, veneratur valdè corpus Beati Olle-
 garij post canonizationem Sancti Raymundi de
 Penyafort.
 2 Sacellum Sancti Ollegarij.
 3 Frequentia & concursus populi cum magna deuotio-
 ne.
 4 Recluditur corpus Sancti Ollegarij cum maiori custo-
 dia.

Hanc

6 Decanizatione Sanctorum.

Post canoniza-
tionem S. Ray-
mundi.



HANC post relationem sanctita-
tis Diui Ollegarij Summo Ponti-
fici factam, & canonizationis san-
cti Raymūdi de Penyasfort in San-
ctorum numerū, vigesimo nono
Aprilis millesimo sexcentesimo
primo, (referente Reuerendissimo P. D. Francisco
Penya Sacræ Romanæ Rotæ Decano meritissimo)
ab eodem scilicet. recor. Clemente Papa octauo, totius
Christiani orbis rogatu, iā relato, solum sacellū ubi
in Ecclesia diuæ Catherinæ sancti Raymundi cor-
pus requiescit, alijs quibuscumque Ecclesijs cultum
omnem & deuotionem videbatur, præ concursus
frequētia, præripuisse: sed communi (quasi dicam)
desertarum Ecclesiarum solitudine, beati Ollega-
rij comminutionis numeri deuotionum penuriam sa-
cra nūquam persenserunt. Imò longè quam an-
tea supplicè deprecantium concursus, summa cum
deuotione, eo vsque accreuit: vt venerabilis loci
sacrum corpus quo asseruabatur aditum, cum ligno
crateribus, tum etiam ferreis (ne ingruēs multitudo
tam de facili posset contingere sacra) occludere ne-
cesse videretur.

Sacellum S. Olle-
garij.

Frequētia &
conkursus popu-
li cum magna
deuotione.

Claudiret et cu-
lodiret corpus
& Ollegarij.

TERTIVM PRÆLVDIVM.

*Causæ & rationes quibus Author motus
Tractatum hunc composuit.*

S V M M A R I V M.

- 1 **C**ollectio miraculorum sancti Ollegarij.
- 2 **M**itra sancti Ollegarij.

3 Innu-

3 Innumera miracula.

4 Scribentes de vita sancti Ollegarij.

5 Officia in honorem sancti Ollegarij.

6 Dubitatur an sanctus Ollegarius sit canonizatus.



- 1 **M**IRACVLORVM incrementum, totius populi deuotione, in dies concomitante, ab Illustribus Admodū & Reuerendis D. D. Capitulo & Canonicis, Illustri Admodum & Reuerēdo Michaeli Boldo eorum Concanonico anno millesimo sexcentesimo tertio, procuratorio totius Capituli nomine, super Sancti Ollegarij miraculis colligendis, inquirendis testium fide dignorum iure iurando, vacante tunc fortè Sede Episcopali, fuit concessa facultas. Idque eò quod deuotorum plures multis languoribus & morbis detenti, mitrè quam Beatus Ollegarius ferre solebat, ad salutem & conualescentiam humiliter contactum petebant. De miraculorum multitudine, nedum per testes & instrumenta: sed etiam per notorium & famam, tota Hispania diulgatam innumera penè votiua pensilia, cum factis, gestis, tum etiam quibus miracula contigerunt, nominibus depicta, certò certius constat. De Beati huius Ollegarij vita & miraculis Reuerendus Antonius Vincētius Domenec in generali sua Principatus Cathalonix Historia lib. 2. fol. 75. fusiùs scribens, plurimos refert non parui nominis Authores, qui de sancti Ollegarij vita, gestis, & miraculis multa memoratu digna posteris tradiderunt: & Franciscus Diago in fidelissima sua Barcinonensium Comitum Historia, sub eiusdem nominis quatuor Principum (Raymundi

Collectio mira-
culorum S. Olle-
garij.

Mitra S. Ollega-
rij.

Innumera mi-
racula.

Scribunt de vi-
ta S. Ollegarij.

mundi Berenguer) vita, quorum ille aureo (vt dixim) seculo floruit, cum Iacobo Rebulosa, eiusdem cum predictis duobus Dominicanæ familie satis superque meminerunt. Beati Ollegarij deuotos, summo oblatores pretio, eius facellum, & insignibus certè donis in gratiarum actionem eius Capellam adornasse: necnon in Sancti honorè sacris celebrandis patula manu eleemosynas elargitos liquido constat. Ex quibus Sancto deuotioribus summis precibus & obnixè quidam postulauit predictis Sancti festiuitate, rem sacram organico cantu, & alia propria non solita solemnia in Sancti Ollegarij Capella celebrari: super quo Canonici inuito consilio, cunctis consultius ponderatis, Romano Pontifice inconsulto, nihil noui tentandum decreuerunt. Quia nonnulli fuissetne Beatus Ollegarius à Romano Pontifice, an olim ab Episcopo, Archiepiscopo, aut Legato aliquo in Beatorum, aut Sanctorum numerum relatus, hæsitantiùs dubitabant. Atque hæc hunc inuendi laborem Authori causæ motiuæ extiterunt.

Officia in honorem S. Ollegarij.

Dubitatur an sit canonizatus

QUARTVM PRÆLVDIVM.

Quibus & quot modis dicatur Sanctus, Beatus, Sanctitas, Sanctitudo, Beatitudo, & Sanctimonia.

SVMMARIVM.

- 1 Quot modis dicatur Sanctus, Beatus, Sanctitas, & Beatitudo.
- 2 Sanctitas dicitur de Deo essentialiter.
- 3 Deus

DICTVRVS de sanctificatione, beatificatione, & canonizatione sancti Ollegarij, operepretium fore duxi dicere succinctè quibus modis apud Theologos & Canonistas dicatur Sanctus, Beatus, Sanctitas, & Beatitudo: vt de canonizatione, & beatificatione clariùs procedatur. Sanctitas & beatitudo dicuntur primò & per se essentialiter de Deo. Vnde Angeli Isaia 6. cantant de Deo diuinas laudes sine intermissione, dicentes. Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum. Et Apocalyp. 4. illa quatuor animalia sine requie similiter cantabant. Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus omnipotens. Sanctus enim Græcè dicitur Agios, quasi firmus, & immutabilis, sine terra. De hac enim sanctitate & beatitudine, quæ essentialiter dicitur de Deo, cætat Ecclesia in illo cœlesti & angelico cantu. Gloria in excelsis Deo: tu solus Sanctus. quia à nullo participat sanctitatem.

Sanctitas dicitur de Deo essentialiter.

§. II.

De sanctitate participata.

SVMMARIVM.

- 1 Deus sanctificat creaturas.
- 2 Sanctitas participata dicitur de Ecclesia militanti, & triumphanti.
- 3 Viatoribus conuenit sanctitas.
- 4 Templis, & alijs Deo dicatis.
- 5 De sanctitate nemo certus est.

1 Deus est qui sanctificat creaturas, quas appellamus sanctas, per sanctitatem à Deo participatam.

Sanctitas participata.

B j tam:

tam: vt legitur in Leuitic. cap. 21. *Ego Dominus sanctifico eos.* Et hæc participata sanctitas & beatitudo dicitur tam de Ecclesia militanti, videlicet de hominibus viuus, quos viatores in hoc sæculo appellamus, quam de Ecclesia triūphanti, videlicet de hominibus (Angelorum choris interiectis) qui ab hac vita migrarunt cum gratia & charitate. De hominibus sanctis viatoribus in hac Ecclesia militanti viuentibus, scribitur in cap. tenere debet. 31. dist. 1. & Leuitic. cap. 11. & 1. Petri cap. 1. per hæc verba. *Sancti estote, quoniam ego sanctus sum, dicit Dominus Deus vester.* Vbi Lyranus & Glossa dicit. Sancti estote, scilicet animo & corpore: quia ego sanctus sum, diligēs vtramque munditiam. & refertur cap. proposuisti. & cap. plurimos. 82. dist. & in cap. non oportet. 81. dist. & Psal. 17. *Cum sancto sanctus eris.* & Isidorus lib. 7. Ethymologiar. cap. Sapiens, dicit. Sāctitas in hominibus viuus, & in templis, & in alijs Deo dicatis, sumitur pro munditia, tam interiori, quam exteriori: vt dicit dicta Glosa. Sic dixit Christus Matth. 5. *Beati mundo corde.* & Diuus Chrysostomus tomo 1. homil. in Psalm. 144. dicit. Quid est Sanctus? & respondet. Rectus, purus, mundus, ab omni reprehensione alienus, & qui nulli vllam omnino præbet causam. Sed de sanctitate & beatitudine huius vitæ, videlicet viatorum, per gratiam & munditiam cordis, nemo certus est. Ideo nullus istorum appellatur Sanctus simpliciter. *Nemo enim scit an odio, vel amore dignus sit.* Eccles. 9.

§. III.

Papa dicitur Sanctus.

S V M M A R I V M.

- 1 Papa præsumitur sanctus.
- 2 Appellatur Beatissimus, Sanctissimus, Sanctitas, & Beatitudo.

1 Solus Papa verus Christi Vicarius, qui est caput omnium Sanctorum & Beatorum viuentium in hac Ecclesia militanti dicitur, & præsumitur sanctus, quem apex tantę dignitatis attollit. cap. 1. 40. dist. Imò pleno ore ab omnibus Christi fidelibus appellatur Beatissimus & Sanctissimus, in concreto: 2 Sanctitas & Beatitudo, in abstracto: vt legitur in cap. legi in fin. ibi. Beatitudo tua. 16. quæst. 1. arg. cap. sacrosancta. 22. dist. Tridentinum etiam Concilium sessio. 24. de inuocatione & veneratione Sanctorum. in fin. Romanum Pontificem appellat Sanctissimum. Imperator etiam Iustinianus semper Augustus in Nouellis Constitutionibus collationem nonam, titulo præficit de Sanctissimis Episcopis: quia inter eos vnum, videlicet Petrum, Sanctissimum, & eius successores Sanctissimos & Beatissimos appellauit. §. 1. vers. Si quis autem Episcoporum, sub his verbis. Iubemus igitur Beatissimos seniores Romæ. Vbi Glosa exponit, Papam Romanum: qui cum de alijs Episcopis loquitur, eos Reuerendissimos appellat. Et Imperator Constantinus vocat Syluestrum Papam, in humanis adhuc existentem, Beatum & Beatissimum: vt legitur in e. Constanti-

De sanctis hominibus viatoribus.

Quid est Sanctus?

stantinus il. 2. 96. dist. Clericos verò Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Reuerendissimos appellat.

§. IIII.

Ad Papam pertinet decernere de Sanctis.

S V M M A R I V M.

- 1 D. Papæ competit declarare, quos ut Sanctos debeamus venerari.
- 2 Christus seipsum & Apostolos canonizauit. Beare, est beatum facere, idest, prodesse. Beata Virgo Maria & Apostoli fuerunt confirmati in gratia.
*Qui Sanctus est, sanctificetur adhuc.
Qui stat, videat ne cadat.*
- 3 Nemo dici potest verè beatus in hac vita. Beatitudo est vita æterna, & reuelatio magni Dei.
- 4 Beatitudo est status omnium bonorum. Sanctitas & munditia cordis prerequisite ad canonizationem.

Ad Papam pertinet decernere de Sanctis.

Christus canonizauit seipsum & Apostolos.

Beare.

Sancti confirmati in gratia.

SVmmo Pontifici, vt Christi Vicario, competit decernere & declarare quos tamquam Sanctos & Beatos venerari debeamus. cap. 1. & 2. de reliquijs & veneratione Sanctorum. Sed Christus Dominus Ioan. 17. seipsum & Apostolos canonizare, & Sanctum se & Apostolos declarare videtur, sub his verbis. *Sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate.* Et infra. *Claritatem quam tu dedisti mihi dedi eis.* Beare enim est beatum facere, id est, prodesse: vt legitur l. bonorum. ff. de verbor. significat. Et licet aliqui Sancti in hac mortali vita,

cx

ex privilegio & gratia speciali fuerint confirmati in gratia, à qua cadere non potuerunt: vt Beata Virgo Maria & Apostoli, post acceptum Spiritum sanctum: non fuerunt tamen in vltimo termino sanctitatis & beatitudinis, vique ad eorum felicissimam mortem: semper enim in sanctitate creuerunt. Propterea de illis Apocalyp. 22. dicitur. *Qui sanctus est, sanctificetur adhuc*, per maiora merita. De alijs verò Sanctis in gratia non confirmatis, ibidem dicitur. *Qui iustus est, iustificetur adhuc.* quia quantumuis Sanctus per gratiam gratum facientem, potest per bona opera, & poenitentiam adhuc sanctificari & iustificari: si debet poenas preteritorum peccatorum mortaliū, aut saltem venialium, à quibus nemo se excusare potest, per dictum Ioannis in sua prima Canonica c. 1. *Si quis dixerit peccatum non habere, mendax est:* aut cum D. Paulo timeat, *Qui stat, videat ne cadat.* 1. ad Corinth. c. 10. Verè tamen beatus & sanctus in hac mortali vita nemo dici potest. D. Thom. 1. p. q. 12. art. 11. lib. 3. contra gentes cap. 45. de verita. qu. 10. ar. 11. Beatitudo enim dicitur vita æterna, pax perpetua, & regnum coelorum. idem D. Tho. in 4. dist. 49. art. 7. Albericus in Dictionario dicit. Beatitudo est reuelatio magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi. & refertur in cap. ieiunium, de consecrat. dist. 5. & Boetius de consolat. lib. 3. cap. 3. dicit.

Creuerunt in sanctitate.

In hac vita nemo est verè beatus.

Beatitudo quid sit.

Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus: & infra definit, beatitudo est summum bonum.

§. v.

14 Decanonizatione Sanctorum.

S. V.
Sanctitudo & Sanctimonia.

S V M M A R I V M.

- 1 *Sanctitudo.*
- 2 *Sanctimonia.*

DVo hæc alia nomina, Sanctitudo, & Sanctimonia, & in Scriptura sacra & in iure reperiuntur, licet raro, idem ferè significantia atque sanctitas & beatitudo viatorum. Psalmista enim Psalm. 92. dicit. *Domum tuã decet sanctitudo.* & ibi glosa interlinealis dicit, quod sanctitudo est decus Ecclesie æternum. & ibi Lyranus. *Domus Dei, quæ est Ecclesia militans, permanebit in sanctitate fidei vsque ad finem mundi duratura, non obstantibus impugnatoribus, remanet in sanctitate sua.* & Psalm. 95. dicit. *Sanctimonia & magnificentia in sanctificatione eius.* vbi Lyranus exponit Sanctimonia, idest, applicatio ad diuina. & D. Paulus ad Hebræ. 12. præcipit. *Pacem sequimini cum omnibus & sanctimonia,* sine qua nemo videbit Deũ. & textus in can. si quis hominem 11. q. 3. exponens verba Isaie 5. *Ve qui dicunt amarum dulce, & dulce amarum,* dicit dulce sanctimonia, & amarum, quod sanctimoniae contrarium est.

S. VI.
Ad canonizationem Sanctorum.

ET licet versus iste David. *Sanctimonia & magnificentia in sanctificatione eius,* exponatur ad litteram de gloria & decore militantis Ecclesie, non erit abs
re eum

re eum applicare ad canonizationem Sanctorum, iuxta glossam Augustini, ibi. *Qui vult esse magnificus & potens, vt sunt angeli, prius sit sanctus, quod fit ex Deo sanctificante.* Non enim, inquit Augustinus, per te potes esse sanctus, eo enim sanctificante aliquis fit sanctus, & ita magnificus. Exponit etiam tu, & dic, in sanctificatione eius, idest, in canonizatione eius sancti, sanctimonia, & magnificentia requiruntur, videlicet sanctimonia vitæ, & magnificentia in miraculorum potentia. Illud etiam quod dicitur in Psal. 131. *Super ipsum autem effloreat sanctificatio mea,* potest intelligi de Sancto canonizato, quasi dicat Deus, super ipsum Sanctum canonizatum effloreat sanctificatio mea, idest, non solum sanctificatio per gratiam & gloriam, sed etiam per canonizationem, qua acquirit Sanctus canonizatus maiorem gloriam, vt exposui Præludio quinto. Quod autem ista duo requirantur, sanctimonia videlicet vitæ, & miracula, ad canonizandos Sanctos, latius dicam infra Prælud. 5. & cap. 6.


S. VII.

De sanctitate & beatitudine sancti Ollegarij.

Sed cum de sanctitate & beatitudine sancti Ollegarij disputamus, non quærimus de sanctitate & beatitudine viatorum per gratiam & munditiã cordis: quia hæc sanctitas præsupponitur ante canonizationem: sed de sanctitate & beatitudine patriæ, qua fruitur & gaudet in cœlesti Ierusalem, ac in triumphanti Ecclesia.

S. VIII.

Expositio Diui Augustini.



Expositio de canonizatione.

§. VIII.

Existentes in beatitudine appellantur Sancti.

S V M M A R I V M.

- 1 Omnes existentes in beatitudine sunt Sancti.
- 2 Festum omnium Sanctorum.
- 3 Particulares Sanctos canonizatos & eorum reliquias veneramur.

Q uod autem omnes existentes in illa beatitudine appellantur sancti & beati, nullus hucusque dubitavit, quia vident Deum sicuti est. D. Thomas locis citatis, per ea quæ scribit. Matthæ. cap. 1.1. & Ioann. d. cap. 17. *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te verum Deum.* qui vere Deo grati & mundi sunt corde, eorumque sanctorum cum Christo viventium corpora, quæ viua membra fuerunt Christi, & templum Spiritus sancti, Sacr. Concil. Tridenti. sess. 25. de inuocatio. & reliq. Sanctor. veneranda esse mandat: omnesque Sanctos cum Christo regnantes, in coelesti Ierusalem existentes, Ecclesia sancta in communi veneratur. cap. gloriosus, de reliq. & veneratio. Sanctorum lib. 6. de illisque omnibus simul celebratur festum omnium Sanctorum prima die No- uembris. Clem. vnica, de reliq. Licet igitur. In particulari verò tantum eos & eorum reliquias veneratur, qui canonizati & beatificati fuerunt. In hoc igitur tractatu, supposita sanctitate sancti Ollegarii dum erat in hac vita, & suppositis eius meritis, & miraculis, de eius beatificatione & canonizatione disputabitur.

Corpora Sanctorum veneranda.

Festum omnium Sanctorum.

De sanctitate B. Ollegarii.

Preludium quatum.

Sanctorum.

17

D I G R E S S I O.

Si per canonizationem acquiritur Sancti, maior gloria.

S V M M A R I V M.

- 1 Subtilis questio de gloria essentiali & accidentali.
- 2 Responso.
- 3 Post mortem gratia non augetur.
- 4 Gloria post resurrectionem maior.
- 5 Gloria essentialis non augetur. Intensius & exte. suæ.
- 6 Gloria anime communicatur corpori.



R AT nunc quærendum, an Sanctis canonizatis per canonizationem acquiratur maior gloria, quam habuerint ante canonizationem? Cui questio Doctores, tam Theologi, quam Canonistæ, breuiter respondent. Quod quoad gloriam essentialē, quæ consistit in visione beatificā, non acquirunt Sancti per canonizationem maiorem gloriam. Veruntamen quoad gloriam accidentalem, non solum multo maiorem, sed maximam gloriam acquirunt. Ratio in hoc consistit, quia gloria essentialis correspondet non solum primæ gratiæ gratum facienti, gratis a Deo datæ sine meritis: sed etiam eidem gratiæ augmentæ per plura merita Sanctorum. Cum autem post mortem Sanctiorum gratia augeri non possit, sed iuxta gradus gratiæ confert Deus Sancto tot gradus gloriæ: per canonizationem autem non augetur gratia; quia Sanctus non est in via, nec in statu merendi: sed in termino & patria. Ideo gloria Sanctorum cano-

Subtilis questio.

Responso.

Gloria essentialis.

Gloria accidentalis.

Ratio responsionis.

Post mortem non augetur gratia.

Gloria post resurrectionem erit maior.

Gloria essentialis non augetur. Intensive Extensive.

Gloria animae communicatur corpori.

nizatorum non potest augeri quoad essentialia. Et licet dicant Doctores Scholastici in 4. dist. 49. quod gloria Sanctorum post resurrectionem erit maior, propter corporum re assumptionem, etiam si non augetur gratia. Responde tu cum Diuo Thoma, & Doctoribus ibidem, quod gloria essentialis non augetur, sed extenditur: nam intensive eadem est gloria essentialis, extensive tamen augetur ad omnes corporis gloriosi partes, per suas dotes, ad cuius augmentum non est necessaria alia gratia: necessario enim communicatur gloria animae corpori sibi naturaliter coniuncto, impedimento cessante. Dici etiam potest vnico verbo, quod augetur gloria accidentalis, non essentialis.

§. II.

Intellectus ad cap. cum Martha. §. 3. de celebrat. Missar.

S V M M A R I V M.

- 1 *Deuota & pia interpretatio orationis S. Leonis Papae.*
- 2 *Profit, vel proficiat Sancto.*
- 3 *Sanctificatio effloret per canonizationem.*

Deuota & pia interpretatio orationis S. Leonis Papae.

Cum ab Innocentio Tertio quaereret quidam Archiepiscopus in cap. cum Martha. §. 3. de celeb. Missar. quare fuerit mutata oratio Sancti Leonis: quia antiquior dicebat. *Annue nobis Domine, et anime famuli tui Leonis haec profuit oblatio*: moderna vero dicebat. *Annue nobis quae sumus Domine, et intercessio- ne beati Leonis haec nobis profuit oblatio*. Respondet Papa, iuxta doctrinam Augustini de verbis Apostoli sermo. 17. quod iniuriam facit martyri qui orat pro eo: quia Sancti non indigent vt orent pro eis, eo quod sunt perfecte beati, omnia eis ad vota succedunt: sed nos

Prælium
quartum.

Sanctorum.

nos potius orationibus eorum indigemus. Post respon- sionem autem praedictam addit Romanus Pontifex, quod duplicem sensum faciunt, profit, vel proficiat, quando in alijs similibus orationibus dicitur, profit, vel proficiat huic Sancto, vel illi talis oblatio ad gloriam & honorem. Ita debet intelligi, vt ad hoc profit, quod magis ac magis a fidelibus glorificetur in terris. Quem sensum approbat Romanus Pontifex. Secundus sensus est, quem ab alijs refert, & non improbat, dicens: Licet plerique reputent Sanctorum gloriam vsque ad iudicium augmentari, & ideo Ecclesiam interim sane posse augmentum glorificationis eorum optare. Quem sensum secundo loco positum aliter intelligi non posse arbitror, nisi de gloria accidentali, vt dictum est. In cuius loci expositione dicit Abbas Panormitanus, quod ad hos tres effectus possumus orare pro Sanctis. Primo, vt sint gratiarum actiones: quia Ecclesia refert gratias Deo de merito collato illi defuncto. Secundus, vt magis ille Sanctus glorificetur in terris. Tertius, vt augmentetur gloria apud Deum, tenendo illam opinionem, quod gloria honorum possit augmentari vsque ad diem iudicii. Haec ille. Non abs- re dicitur Psalm. 131. quod sanctificatio effloret super Sanctum; quasi dicat, sanctificatio per gratiam & per gloriam effloret per canonizationem.

Profit vel proficiat Sancto.

Sanctificatio effloret per canonizationem.

§. III.

Confirmantur & probantur praedicta.

S V M M A R I V M.

- 1 *Haec vita est via.*
- 2 *Gloria terminus est.*

C ij

3 Nox

- 3 Nox & inferi mortem significant.
4 Gloria iuxta gradum gratiæ.
5 Aeternum gloriæ pondus.

Hæc vita est
via.

Gloria termi-
nus est.

Nox & inferi
mortem signifi-
cant.

Gloria iuxta
gradus gratiæ.

In confirmationem autem prædictorum dicitur, **1**
quod hæc vita mortalis est via ad futuram gloriã,
quæ reuelabitur in nobis, ad Romanos 8. Illa autem **2**
gloria terminus est ad quem tendimus, iuxta illud:
*Non habemus hic civitatem permanentem, sed futuram
inquirimus.* ad Hebræos 13. Et alibi: *Dum sumus in
hoc corpore peregrinamur a Domino.* 2. ad Corinth. 5.
Quod etiam voluit significare sapiens Ecclesiast. 9.
*Mortui vero nihil nouerunt amplius, neque habent ul-
tra mercedem.* & infra additur: *Quodcumque facere po-
test manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ra-
tio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos* (ad ef-
fectum merendi) *quo tu properas.* Idem voluit sig-
nificare Ecclesiast. cap. 14. *Ante obitum tuum operare
iustitiã, quia non est apud inferos inuenire cibum.* Cla-
rius autem & expressius prædixit Christus Dominus
Ioannis 9. *Venit nox, quando nemo potest operari.* Per **3**
noctem, & inferos, intellige mortem: per cibum,
premium: reliqua sunt clara; quia locus sacre Scri-
pturæ declarat alia loca supradiçta. Quod autem **4**
tribuat Dominus coronam gloriæ iuxta gradus gra-
tiæ & meritorum, expressit idem Paulus 2. ad Ti-
moth. 4. *Reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet
mihi Dominus in illa die iustus iudex.* Si iustus iudex,
ergo ad mensuram gratiæ dabit Deus gloriã, quæ
est corona iustitiæ. Et quamuis non sint condignæ
(ad Romanos 8.) passiones huius temporis (ex sua
natura) ad futuram gloriã, vt idem Apostolus di-
cit 2. ad Corinthios 4. *Id enim, inquit, quod in præ-
senti*

5 senti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ su-
pra modum in sublimitate, æternum gloriæ pondus ope-
ratur in nobis, ex meritis passionis Christi, a qua om-
nis gratia & meritum habet esse, ad futuram coronã
gloriæ, quam supra diximus essentialem.

Aeternum g'o-
rigentia.

§. IIII.

Gloria accidentalis maxima per canonizationem.

S V M M A R I V M.

- 1 Beatitudo.
- 2 Visio diuinæ essentiæ.
- 3 Exemplum de rege, & homine plebeio.
- 4 Essentialia.
- 5 Accidentalialia.
- 6 Sanctus non canonizatus.

Accidentalialis autem gloria per canonizationem
non solum est multo maior, sed maxima. Que
nam sit gloria accidentalis rursus roget aliquis?
quæ cum sit accidens non est diffinibilis. Satis igitur
erit si describatur quoquo modo. Ad cuius in-
telligentiam, redi ad memoriam diffinitionem Boe-
tij, quam supra hoc, prælium quarto sub §. 4. nu. 3.
1 proposui. Beatitudo est status omnium bonorum
aggregatione perfectus. In qua diffinitione diffini-
tur vtraque gloria, tam essentialis, quam accidenta-
2 lis. Præinde igitur ab ea visionem claram diuinæ
essentiæ. Reliqua quæ continentur in ipsa gloria,
(quæ est aggregatum quid) & in diffinitione, sunt
accidentalialia. Et licet ipsa clara visio sit eminenter
3 omne bonum, iuxta illud Exod. 33. *Ostendam tibi*

Quid est gloria
accidentalialis.

Beatitudo.

Visio diuinæ ef-
sentiæ.

Omne bonum.

omne

omne bonum. tamen illa clara visio diuinæ essentia, quæ est gloria essentialis, non est quid aggregatum: sed simpliciter simplex, ratione obiecti. Omnia igitur alia quæ constituunt statum omnium honorum aggregatione perfectum, quæ sunt alia à Deo, pertinent ad gloriam accidentalem. Hoc exemplo, & simili clarius demonstratur. Considera quanta est differentia inter Regem & hominem plebeium, quantum ad essentialia: eadem est definitio hominis Regis, & hominis plebei. Imo nulla differentia essentiali distinguitur. Quantum verò ad accidentia, longè abest honor, decus, & gloria Regis, à vili statu hominis plebei. Ecce quam magna potest esse differentia inter eum qui sola gloria essentiali esset præditus, & eum qui vtraque gloria, essentiali & accidentali, fulgeret. Ecce plebeium à paucis cognitum, & à paucis, aut forsitan à nullis honoratum, & si quem habet honorem, est valde exiguus. Considera nunc Sanctum non canonizatum, essentiali gloria præditum: incognitum tamen pro Sancto in hac nostra militanti Ecclesia. Nemo illum cognoscit vt Sanctum, & per consequens nemo illi honorem, aut venerationem tribuit.

Exemplum de Rege & homine plebeio.

Accidentalia.

Sanctus non canonizatur.

§. v.

Sancti canonizati venerantur imagines, corpus, reliquie, cinis, & vestimenta.

S V M M A R I V M.

- 1 Honorantur loca, celebrantur dies, & edificantur Ecclesie, deteguntur capita, flectuntur genua.
- 2 Sanctos canonizatos honorat Papa, Cardinales, Episcopi, & Principes.

- 1 Episcopi, Imperatores, Reges, & Principes.
- 2 Idem Sanctus gloriatur.
- 3 Applaudent Sancti & Angeli.
- 4 Cantant gaudeamus.
- 5 Accrescit gloria Sancto canonizato.

- 1 Considera nunc Sanctum canonizatum. Omnes illum cognoscunt, & tamquam Sanctum inuocant, venerantur, & adorant: non solum illius animam cum Christo in cælo regnantem: sed etiã imagines, simulachra, & figuras, eius corpus integrum, vel corruptum, eius corporis partes, & reliquias, quantumuis minutissimas. & etiã eius cineres, vestimenta, & alia quæcunque fuerunt illius Sancti canonizati. Doctores, & idem text. in cap. 1. de reliquijs & veneratio. Sanctor. Concil. Tridentin. sess. 25. de inuocatio. & veneratio. & reliq. Sanctor. Honorantur loca in quibus Sanctus vitam degit: celebrantur dies, anni, menses, & horæ, in quibus sua sancta opera exercuit: eiusque vltimus dies, quo felicissimam animam suo creatori reddidit, annua ac perpetua celebritate, toto cælesti & terrestri orbe colitur. Aedificantur ipsi Ecclesie, oratoria, altaria, & aræ. In reliquiarum eius præsentia deteguntur omnium capita, & flectuntur genua, & plures alios honores enumerat gloss. in cap. gloriosus, de reliq. & veneratio. Sanctor. lib. 6. in verb. sedis. Quos honores tribuunt Sancto canonizato, non solum summus Pontifex Domini nostri Iesu Christi Vicarius, Cardinales, Episcopi, Canonici, Abbates, & vniuersus Clerus: sed etiã Imperatores, Reges, & Principes, & omnes his inferiores. Idem Sanctus gloriatur & idè Sanctus de tali, ac tanto honore & gloria

Sanctus canonizatus venerantur, inuocantur, & adorantur. Imagines, Corpus. Reliquie minutissimæ. Cineres, Vestimenta.

Honorantur loca. Celebrantur dies.

Aedificantur Ecclesie, deteguntur capita, flectuntur genua.

Honora! Papa, Cardinales, Episcopi, Imperatores, Reges, & Principes, Idem Sanctus gloriatur.

*Applaudet SS.
Et Angeli*

Gaudeamus,

*Accrescit gloria
sancto canonizato.*

gloria sibi à Deo per canonizationē summi Pontificis tributa. Applaudent & alij Sancti: & Angeli in honore canonizationis & celebritatis cuiuslibet Sancti congaudent, vt cantat vtraque Ecclesia in introitu solemnissimo, dicens. *Gaudeamus omnes in Domino diem festum celebrantes sub honore beati N. de cuius solemmitate gaudent Angeli, & collaudant filium Dei.* In cuius rei confirmationem Regius Psalter Psal. 96. inuitat Sanctos ad lætitiā huiusmodi, dicens. *Letamini iusti in Domino, & confitemini memorie sanctificationis eius.* Memoria sanctificationis est canonizationis dies. De Sanctis enim, & de eorum canonizatione fit memoria per singulos annos, dum eorum festa celebramus. Ex his igitur quodammodo patet, quæ, qualis, & quanta sit gloria accidentalis quæ accrescit Sancto canonizato. Et licet sit maior, nostræ tamen mentis caligo, quia videt obscure & in ænigmate maiora scribere nescit, quam à posteriori, ab effectu, à simili, ab exemplo, & à diuina reuelatione ænigmatica per speculum.

§. VI.

Deus mouet corda populorum ad inuocandum Sanctos non canonizatos.

S V M M A R I V M.

- 1 *Miracula facit Deus pro Sanctis non canonizatis.*
- 2 *Excitatur deuotio.*
- 3 *Laudatur Deus in Sanctis.*
- 4 *Preces ad canonizandum Sanctos.*
- 5 *Informationes de vita, miraculis, & reliquijs Sanctorum.*

6 *Labo-*

- 6 *Laboramus pro amicis.*
- 7 *Laboramus pro canonizatione Sanctorum.*
- 8 *Speramus premium.*
- 9 *Pro sancto Ollegario canonizando.*

Non est mirum si pro canonizatione Sanctorum moueat Deus corda populorum ad inuocandū & venerandū Sanctos non canonizatos. Et si Deus per intercessionem illorū plura miracula faciat. Ex quorum admiratione excitatur magis ac magis populi Christiani erga Deum & Sanctos deuotio, & laudatur Deus magis ac magis in Sanctis suis. Inde que preces ad Reges & Principes, ex parte Episcoporum, Capitulorum, & populorum, vt intercedāt pro canonizatione obtinenda à sanctissimo Domino nostro Papa. Ideoque Episcopi de Sanctorum vita, reliquijs, imaginibus, & miraculis, vigore decretorum Concilij Tridentini, & prout de iure, informationes per testes fide dignos recipere, omni cura & diligentia, ad informandum animum sanctissimi Romani Pontificis, curant. Si pro amicis, charis, & patria, & pro nostro & illorum honore solemus insudare absque spe alicuius mercedis, aut premij? quanto maiori officio pro Sanctis patronis nostris non canonizatis insudare debemus, vt canonizentur? à quibus premium ac mercedem speramus, vt intercedant pro nobis ad Dominum Deum nostrum in omnibus & quibuscunque necessitatibus nobis occurrentibus. Age igitur Lector, laboremus pro nostro sancto Ollegario, illustrissimis virtutibus ornato, & miraculis illustrato, vt canonizetur à sanctissimo Romano Pontifice.

*Deus mouet cor
da populorum
ad inuocandū
Sanctos.*

Miracula facit.

Excitatur deuotio.

Laudatur Deus.

Preces ad canonizandum SS.

*Informationes
de vita, miraculis,
& reliquijs Sanctorum.*

*Laboramus pro
amicis.*

*Laboramus pro
canonizatione
Sanctorum.*

Speramus premium.

*Pro S. Ollegario
canonizando.*

§. VII.

Confirmantur prædicta de canonizatione Sanctorum.

S V M M A R I V M.

- 1 *Ad gloriam Sanctorum pertinet præstare auxilium indigentibus.*
- 2 *Sancti vident in verbo vota & orationes.*
- 3 *Confirmatur ex Concilio Tridentino.*
- 4 *Verba Dni Petri.*
- 5 *Sancti frequenter habent memoriam de nobis.*
- 6 *Argumentum ad canonizandum Sanctum.*

Confirmantur amplius prædicta: nam D. Thom. loco citato, vt refert Caietanus, & cæteri Thomistæ in additionibus ad tertiam partem quest. 72. art. 1. vbi sic leges. Hoc autem ad Sanctorum gloriam pertinet, (nō loquitur de gloria essentiali, sed de accidentali) quod auxilium indigentibus præstet ad salutem. Et infra. Itaque Sancti habent cognitionem eorum quæ ad hoc requiruntur, & sic in verbo cognoscunt vota, deuotiones, & orationes hominum, qui ad eorum auxilium confugiunt. Hæc ibi. & de verita. & cognitio. Angel. q. 8. art. 4. ad 12. Hanc doctrinam confirmo ex verbis Petri Epistola secunda cap. 1. vbi expressè Dnus Petrus in hæc verba prorumpit. *Dabo autem operam & frequenter habere vos post obitum meum, vt horum memoriam faciatis.* Vbi Dnus Petrus post obitum suum (scilicet diuinam essentiam contemplādo). promittit operam daturū habere apud se frequenter memoriam deutorum suorum, ad quos scribit, de fide, gratia, gloria,

Ad gloriam SS. pertinet præstare auxilium indigentibus. Sancti habent cognitionem. Cognoscunt in verbo vota, & orationes.

Verba D. Petri.

Sancti frequenter habent memoriam de nobis

ria, & augmēto cognitionis Dei & Christi Iesu. Promittit etiam operam daturum ne ipsi obliuiscantur, imo vt horum de quibus scribit memoriam faciant, petentes & orantes ad Dominum, vt firmi sint in fide, & vt crescant in cognitione Dei & Christi Iesu, & vt per gratiam diuinę sint consortes naturæ. Quæ doctrina fuit recepta & approbata in sacro Concilio Tridentino sess. 25. de inuocatio. & veneratio. & reliqu. Sanctorum. §. 1. sub his verbis. *De Sanctorum Verba Concilij, intercessione, inuocatione, & reliquiarum honore, & legitimo imaginum usu, fideles diligenter instituant, docentes eos, Sanctos vnā cum Christo regnantes, orationes suas pro hominibus Deo offerre: bonum, atque utile esse suppliciter eos inuocare, & ob beneficia impetrata à Deo per filium eius Iesum Christum dominum nostrum, qui solus noster redemptor & saluator est, ad eorum orationes, opem, auxiliumque confugere.* Hæc ibi. Ex quibus concludo, quod nullum est maius argumentum ad canonizandum Sanctum, quam quod Deus plura miracula fieri ordinet per intercessionem illius Sancti, ad quem homines confugiunt, & ad quem sua vota, deuotiones, & orationes dirigunt, vt auxilium, patrocinium, & remedium de suis laboribus & necessitatibus eius intercessione à Deo obtineant.

6

Argumentū ad canonizandum Sanctos.

§. VIII.

Miracula per intercessionem sancti Ollegarij.

S V M M A R I V M.

- 1 *Miracula per intercessionem S. Ollegarij.*
- 2 *Liber de vita & miraculis S. Ollegarij.*

- 3 *Alij Sancti non canonizati non curant de tali gloria accidentali.*
 4 *Nec vident in verbo omnia quæ representantur per diuinam essentiam.*

Miracula per intercessionem S. Ollegarij. Liber de vita, & miraculis S. Ollegarij. Sancti non canonizati non curant de gloria accidentali. Non vident in verbo. Non videt omnia quæ representantur per diuinam essentiam.

Sicut videmus tanta, ac tam stupenda miracula facta hominibus per intercessionem S. Ollegarij, cuius plura scripsi in alio libro, quem lingua Hispana composui, de vita & miraculis eius. Concludendo etiam Sanctos non canonizatos & incognitos nobis, de tali gloria accidentali non curare, cum non pertineat ad suum statum. Et sic ea non vident in verbo, sicut videt Sanctus cui offeruntur & diriguntur à nobis vota, deuotiones, & orationes. Nam non quilibet Sanctus videt & cognoscit omnia, quæ per diuinam essentiam representantur: quia diuinam essentiam nemo comprehendit, cum sit infinita: sed ea tantum, quæ ad perfectionem sui status pertinent, ut ibidem affirmat D. Thomas in 4. dist. 45. q. 3. art. 1. & de verita. q. 8. art. 4. ad 1 2.

QVINTVM PRAELVDIVM.

De requisitis in canonizatione Sanctorum.

S V M M A R I V M.

- 1 *Duo requiruntur ad canonizationem. Ex bulla Gregorij IX.*
- 2 *Virtus morum, & veritas signorum.*
- 3 *Merita sana, & praeclara miracula.*

Præ-



PRAEMITTO quinto ex bulla Apostolica Gregorij Noni ad effectum canonizationis Sancti Antonij de Padua expressa verba Pontificis. *Ad hoc ut Sanctus habeatur apud homines in Ecclesia militante, duo sunt necessaria, virtus morum, & veritas signorum: merita videlicet & miracula: ut haec & illa sibi ad inuicem contestentur: cum nec merita sine miraculis, nec miracula sine meritis plenè sufficiant ad perhibendum inter homines testimonium sanctitatis. Sed cum merita sana praecedunt, & clara succedunt miracula: tunc certum praebent inditium sanctitatis, ut nos ad ipsius venerationem inducant, quem Deus ex meritis precedentibus, & signis subsequenter exhibet venerandum. Quae duo ex verbis Euangelistae plenius colliguntur. Illi autem profecti praedicauerunt ubique, Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. Haec ibi.*

Ex bulla Gregorij Noni.

Virtus morum & veritas signorum.

Merita sana, & praeclara miracula.

S. II.

Requisita in canonizatione Sanctorum.

S V M M A R I V M.

- 1 *Virtutum exercitatio.*
- 2 *Miraculorum operatio.*
- 3 *Concurfus deuotorum.*

Praemitto praeterea ex obseruatione prima cap. 9. lib. 3. in vita Sancti Raymundi de Penyafort, quæ obseruat Penya, quæ inquit sunt necessaria ad canonizationem:

niza-

*Virtutum exerci-
tatio.*

nizationem Sanctorum, cuius hæc sunt verba. Con-
tinuata per totum vitæ curriculum virtutum exerci-
tatio, profunda humilitatis professio, & quod est
præcipuum & maximum & ad canonizationem faci-
lius obtinendam valde opportunum, miraculorum
post mortem subsequens operatio, & populorum
continuata deuotio, & ad eiusdem sepulchrum fre-
quens hominum vtriusque sexus spontaneus cõcur-
sus, nulla hominum industria, nulla arte suorũ pro-
curatus. Hæc ille. Quæ omnia sancto Ollegario ad-
aptantur, vt infra dicetur.

*Miraculorum
operatio.**Concurfus de-
uotorum.*

§. III.

Alia requisita in canonizatione Sanctorum.

S V M M A R I V M.

- 1 *Miracula, sanctitas, & bonitas vitæ probata.*
- 2 *Laboribus, castis moribus, strenuis actibus.*
- 3 *Simplicitate, humilitate, persecutionibus.*
- 4 *Fugienda honores, dignitates, & delitias.*

*Sanctitas & mi-
racula.*

Præmitto etiam ex communi Doctorum consen-
su, quod duo requiruntur vt Sanctus canonize-
tur: vitæ sanctitas, & miracula post mortem facta.
magna glos. in cap. gloriosus, de reliq. & veneratio.
Sanctor. lib. 6. in verb. Sedis Apostolicæ. Et ibi Do-
ctores. Nota plura alia iura & Doctores ad hunc ef-
fectum infra in cap. 6. Sanctitas & bonitas vitæ de-
bet esse annexa & probata. Primo laboribus, castis
moribus, & strenuis actibus, & præconijs bonæ fa-
mæ, vt definitur in cap. miramur. 61. dist. ibi. Pro la-
boribus multis, pro moribus castis, pro actibus stre-
nuis,

*Quibus proba-
tur sanctitas.*

nuis, celsioris loci præmium deberetur. Item sim-
plicitate, & humilitate. Scribitur enim Iaco. 4. *Deus
superbis resistit, humilibus autem dat gratiam*, tum plu-
ribus persecutionibus. cap. omnis qui 7. quæst. 1.
Legitur enim de pœnit. dist. 2. in cano. quærendum,
quod sanctitas manet in sanctis, quandiu mortale
corpus gestant, vt bonis insistant actibus, volunta-
riam paupertatem diligant, mansuetudinẽ sequan-
tur, pro æternorum desiderio luceant, esuriant &
sitiant iustitiam, misericordiam, mūditiã cordis,
tranquillitatem pacis amplectantur, & pro observa-
tione iustitiæ persecutionem pati non vereantur:
elemosynis, orationibus, ieiunijs, cæterisque fru-
ctibus spiritus insistere desiderent. Quæ omnia vi-
dentur ab Ecclesiã dictata in fauorem nostri sancti
Ollegarij, si diligenter eius gesta legantur, & nos et-
iam scripsimus in proprio libro de vita & miracu-
lis, ac in hoc etiam tractatu in epilogo, & digress. de
miracul. quos labores & vigiliã passus est S. Ollega-
rius ex charitate & amore Dei, honores, dignitates,
& sæculi delitias fugiendo, vt cõstat ex historia eius
vitæ.

*Laboribus, castis
moribus, stren-
uis actibus.
Simplicitate,
humilitate, per-
secutionibus.**Virtutibus;**Fugiendo hono-
res.*

§. IIII.

*Opera sancta quæ exercuit sanctus Ollegarius in
vita sua.*

S V M M A R I V M.

- 1 *Laboribus, peregrinatione, expulsionẽ Maurorum.*
- 2 *Reedificatione Templi, & ciuitatis Tarraconensis.*
- 3 *Canonicus regularis S. Augustini, religionis tunc per-
fectissimæ.*
- 4 *Renuit Episcopatum Barcinonen.*

Labores

L Abores equidē plurimos & persecutiones passus est, nedum in peregrinationibus, sed in expulsionē Maurorum à Metropolitana Tarraconen. & in reedificatione templi & ciuitatis à Mauris vastatæ & destructæ, eius castissimos mores, actusque charitatis strenuos, bonumque odorem famæ & opinionis illius, simplicitatem & humilitatem, voluntariam paupertatem, mansuetudinem, misericordiam, cordis munditiam, tranquillitatem & pacem, ieiunijs, elemosynis, & orationibus perpetuò insistentē, omnes quot quot sunt de eo scribentes prædicant. Ex eadem eius historia constat renuntiasse sæculi delitias, diuitias, honores, & dignitates, cum ex Canonico & Præposito Ecclesiæ Barcinonensis, cui renuntiauit, factus est Canonicus regularis sub regula sancti Augustini, & sub obedientia Abbatis S. Ruffi: quæ quidem religio eo tempore erat perfectissima, & vigeat in ea obseruantia obedientiæ, castitatis, & paupertatis, maximè dignitatem Episcopalem Barcinonen. acceptare renuit; quia nocte ad suū Monasterium Magdalonen.se aufugit, donec summus Pontifex per litteras obedientiæ mandauit acceptare.

*Casti meritis
Bonafama.*

*Renuntiauit
dignitates.*

Religiosus.

*Episcopatum
renuntiauit.*

S. v.

Opera S. Ollegarij mouent ad deuotionem.

S V M M A R I V M.

- 1 *In sancto Ollegario reperuntur requisita ad canonizationem.*
- 2 *De ceremonijs & ritu canonizandi Sanctos.*

E T licet ex historia sancti Ollegarij satis abundē constet & ex dictis, de eius continua exercitatione virtutis, & de eius profunda humilitate, deque frequentissimo deuotorum ad eius sepulchri capellam concursu, & de continuata hominum vtriusque sexus deuotione, propter innumera sibi à Deo per eius intercessionem collata beneficia: de miraculis tamen expresse dicere visum fuit, præmissis aliquibus de canonizatione dicendis. Et quamuis in hoc prælium agatur de requisitis in canonizatione Sanctorum, iuxta ea quæ de iure antecedunt; non fuit tamen mihi in animo de expectantibus ad sacros ritus, inuiolabilesque sanctæ Romanæ Ecclesiæ ceremonias disputare, neque leges præscribere ad Sanctos canonizandum. Si quis enim de his certiorari desiderat, legat quæ refert Penya sacre Rotæ Auditor, de antiquis & modernis ritualibus sæpe relatis in obseruationibus ad tres libros de vita S. Raymond de Penyafort.

*In S. Ollegario
reperuntur re-
quisita ad cano-
nizationem.*

*De ceremonijs
& ritu canonizandi
Sanctos.*

Canonizatio quid sit.

S V M M A R I V M.

- 1 *Differentia inter canonizationem & beatificationem.*
- 2 *Beatificatio, & canonizatio, sæpe una vox pro alia.*
- 3 *Canonizatio quid sit.*
- 4 *Bellarminij & S. Thomæ autoritates insignes.*

P Ræmitto etiam, quod canonizatio & beatificatio multiplex est. Ad cuius distinctionis intelligentiam nota primo, quod beatificatio & canonizatio

*Differentia inter
canonizationem
& beatificationem.*

E j tio.

Beatificatio, &
canonizatio, se
pe vna vox pro
alia.

tio sæpissimè confunduntur, & vna vox pro alia usurpatur, sicut sanctus & beatus. Quod comprobatur exemplo Deiparæ virginis Mariæ, quam Ecclesia modo sanctam appellat, vt in illa antiphona. *Sancta Maria succurre miseris.* & in Litania. *Sancta Maria, ora pro nobis.* modo eandem beatam inuocat, in illa solita oratione. *Concede nos famulos &c. & gloriosa beata Maria semper virginis intercessione.* Idem de Apostolis, & alijs Sanctis, quos aliquando beatos, aliquando sanctos appellat, vt etiam videre licet in confessione. *Confiteor Deo omnipotenti, beate Mariae semper virgini, beato Michaeli archangelo, beato Ioanni Baptista, sanctis Apostolis Petro & Paulo, atque beato Seuero, & omnibus Sanctis.*

Secundò nota, quod beatificatio propriè dicta est antecedens ad canonizationem.

Canonizatio
quid sit.

Tertiò nota, quod canonizatio propriè dicta est solemnis actio Pontificis, qua beatus describitur in cathologo Sanctorum, præcedentibus legitimis probationibus per testes fide dignos, aut per instrumenta de sanctitate & integritate vitæ, miraculisq. illius. Hæc definitio, siue descriptio est desumpta ex varijs dictis Doctorum. Et Bellarmin. to. 2. controuer. 4. de Ecclesia triumphanti lib. 1. cap. 7. dicit. Canonizatio est publicum Ecclesiæ testimonium de vera sanctitate & gloria alicuius hominis iam defuncti: & simul est iudicium, ac sententia, qua decernuntur honores illi, qui debentur his qui cum Deo foeliciter regnant. Et Diuus Thomas quolibeto 9.

Bellarminij &
S. Thomæ au-
thoritates.

art. 16. dicit, quod canonizatio Sanctorum, & honor quem Sanctis exhibemus, est quædam professio

fidei.

§. II.

Priuilegia beatorum.

S V M M A R I V M.

1 Beatificare.

2 Priuilegia beatificationis.

3 Sancti Raymundi de Penyafort priuilegia.

DE quibus, nempe de sanctitate, integritate vitæ, & miraculis cum constat, solet summus Pontifex, maximè instante Principum & populi deuotione, illum ante solemnem canonizationem beatificare, & priuilegia concedere, vt ille beatus in aliqua capella, ecclesia, ciuitate, vel Prouintia veneretur in die sui obitus: vt celebrentur diuina in illa tantum capella, ecclesia, ciuitate, vel Prouintia: vt ædificetur sibi altare, vel capella, & depingantur eius gesta & miracula: vt depingantur eius figuræ & imagines cum luminibus, siue splendoribus, aut radijs claritatis, sole, luna, aut stellis, cum diademate, vel corona: si martyr, cum palma: vt venerentur & eleuentur eorum corpora & reliquiæ: vt transferantur, etiam cum publico honore, processionaliter ab eorum sepulchris ad loca honorifica, ad ecclesiam, capellam, & altare, ad nobiliora & altiora sepulchra de nouo in honorem Sancti erecta: vt probatum est sæpe in hoc tractatu.

Neque existimes omnia ista priuilegia concedi omnibus beatis: sed aliqua aliquibus, & non omnia simul. Nam sancto Raymundo de Penyafort multis annis ante solemnem canonizationem concessit Romanus Pontifex vt corpus illius, siue ossa in terra

Beatificatio

Priuilegia bea-
tificationis.

S. Raymundi de
Penyafort priuilegia.

iacentia, in nobiliori sepulchro custodirentur & eleuarentur. Deinde concessit vt sibi erigeretur altare, ibique celebrarentur Missæ. Postea concessit vt in Monasterio Religiosorum sancti Domitici, in quo requiescit eius corpus & venerabiles reliquiæ, celebrarentur diuina officia in die obitus sui. Quod priuilegium extensum fuit postea per totam Prouintiam huius Regni & Coronæ Aragonum pro dictis Religiosis. Et in dicto altari fuit depicta eius imago cum diademate, & multa eius gesta & miracula post eius beatificationem, & ante eius solemnem canonizationem. Quarum plura priuilegia concessa esse videmus nostro sancto Ollegario, vt infra cap. 6. & 7. dicemus.

§. III.

*Canonizatio particularis.**Canonizatio
particularis.*

Item præmitto, quod canonizatio, siue beatificatio quædam est particularis, qua colitur sanctus, aut beatus in vna tantum capella, ecclesia, ciuitate, vel prouintia; qualis antiqua illa Episcoporum erat, de qua loquitur textus in cap. 1. de consecrat. dist. 3. vbi sic loquitur. Et illæ festiuitates celebrentur, quas singuli Episcopi in suis episcopatibus cum populo collaudauerint: quæ vicinis tantum circummorantibus indicendæ sunt, non generaliter omnibus.

Obserua Penya.

Placuit addere quæ obseruat Penya obseruatio. 1. ad cap. 17. lib. 3. in vita sancti Raymundi, cuius hæc sunt verba. Istæ enim particulares concessiones (§. 2. enumeratæ) veræ species sunt canonizationis: cum id per eas liceat in priuatis quibusdam ecclesijs,

ecclesijs, aut prouintijs, quod per solemnem canonizationem in toto orbe Christiano circa cultus Sanctorum præstare liceat.

Sunt etiam aliqui ex eadem identitate rationis, qui affirmât inuentiones reliquiarum & corporum sanctorum, & altarium erectiones, & eleuationes à terra, vel à prioribus sepulchris ad celsiora & nobiliora loca, maioris venerationis gratia, necnon etiã & eorum translationes ab antiquissimis Episcopis factas & approbatas, esse etiam species quasdam canonizationis: eo maxime si in dictis inuentionibus, erectionibus, eleuationibus, & translationibus subsecuta sint miracula, vt dicitur infra cap. 5. §. 28.

§. IIII.

Canonizatio generalis.

Quædam verò est canonizatio vniuersalis, qua Sanctus colitur in toto orbe, vt constat ex dictis eiusdem canonis, sub his verbis. Quas festiuitates vniuersa Ecclesia celebrat. Idè decernitur cap. conquestus, de ferijs. de quibus latius dicam in c. 2. fere per totum.

*Canonizatio
generalis.*

De splendoribus Sanctorum.

S V M M A R I V M.

1 *Splendor diuinus.*2 *De splendore Agni.*

Præmitto tandem quod supra §. 2. enumerauimus inter priuilegia sanctorum, siue beatorum, quod eorum

*De splendoribus
Sanctorum.*

eorum imagines depingantur cum luminibus, siue splendoribus, aut radijs claritatis. Cum enim Sancti in via per gratiam, & in patria per gloriam confortes sint diuinæ naturæ, ut inquit Petrus episto. 2. cap. 1. merito ipsi cantant cum Psalmista Psalm. 37. *In lumine tuo videbimus lumen.* & sic participat splendorem, claritatem, & lucem, quam inhabitat Deus inaccessibilem. 1. ad Timot. 6. *Est enim Deus candor lucis æternæ,* Sap. 7. *Cuius splendor ut lux est.* Abac. 3. Ioannes enim in Apocalyp. cap. 21. cupiens reuelare quam ingens sit claritas, & splendor diuinæ gloriæ, dicit quod ciuitas illa ad quam peregrinando properare gemitibus inenarrabilibus desideramus, non eget Sole aut Luna, ut luceant in ea: nam claritas Dei illuminat eam, & lucerna eius est agnus, nempe Christus dominus; de quo dixit Matth. cap. 17. *Resplenduit facies eius sicut sol.* De quo etiam dicit Paulus ad Hebr. cap. 1. *Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius.* Vnde Psalmista deprecabatur Psalm. 89. dicens. *Et sit splendor domini Dei nostri super nos.* Quare non immerito conceditur priuilegium beatis, ut depingantur cum luminibus, siue splendoribus, aut radijs claritatis.

§. II.

Generatio æterna in splendoribus Sanctorum.

S V M M A R I V M.

1. *Generatio æterna in splendoribus Sanctorum.*
2. *Ante luciferum.*

Generatio æterna in splendoribus Sanctorum.

ET cum Psalmista Psalm. 109. dicat, quod pater genuit filium in splendoribus Sanctorum ex ute-

ro, idest ex natura secunda, contemplando omnium rerum ideas in ipsa diuina essentia, quæ omnia representat. Et cum splendores Sanctorum sint præ cæteris rebus in magna cōsideratione apud Deum. Cæteris omnibus omissis dicit, quod in splendoribus Sanctorum genuit filium ante luciferum, idest, ante creationem Angelorum: qui fuerunt cum lucifero in gratia creati tempore creationis cœlorum. Et quamuis verbum genui, possit intelligi de resurrectione Christi, & de exaltatione eius nominis, fidei, & Ecclesiæ, semper laus nostra de splendoribus Sanctorum firmior manet.

*Anteluciferum
& principium
de pœni. dist. 3.*

§. III.

De splendoribus Sanctorum, Angelorum, & hominum.

S V M M A R I V M.

1. *De splendoribus Angelorum.*
2. *Splendores hominis.*

Ratio in hoc consistit, quia Angelis est concessa maior gloria, quia gratia fuit illi tributa iuxta excellentiorem naturam, in instanti enim quo fuerunt viatores exiguis meritis potuerunt perfici. Homo vero, licet in natura sit minor Angelis: gloria tamen & honore coronatus, ut inquit Psalmista Psalm. 8. ex meritis passionis Christi, & ex meritis plurius bonorum operum, quæ operatur homo, non vno tantum instanti, sed multis annis in bono perseverando: non vno tantum atroci martyrio, sed innumeris tormentorum generibus Christum dominum imitando, flagella & crucem ferendo, & amarum passionis

*De splendoribus
Sanctorum An-
gelorum & ho-
minum.
Splendores ho-
minum.*

sionis calicem bibendo, quæ pati Angelorum naturæ non licuit. Magnum igitur gratiæ & gloriæ splendorem meruerunt Sancti. In mente enim diuina ante luciferum, idest, ante præuisionem creationis Angelorum. Cum de illis dicat pater ad filium, quod in splendoribus Sanctorum ante luciferum genui te. Non enim ibi loquitur de angelis sanctis, sed de hominibus sanctis. Ideo Matth. 13. de illis dixit Christus dominus. *Fulgebunt iusti sicut sol.* Et Regius Vates Psalm. 96. dicit, quod lux orta est iusto, & rectis corde lætitia. Et Paulus 1. ad Corinth. 15. considerans varios Sanctorum splendores, comparans eos soli, lunæ, & stellis, iuxta diuersa eorum merita, dicit. *Alia est claritas solis, alia claritas lune, alia claritas stellarum.* imo, inquit, differt enim stella à stellâ in claritate.

IN V I S I O N E M V B

§. II III.

De splendore Virginis Mariæ.

De splendore virginis Mariæ.

DE sanctissima Virgine Maria plures interpretatur Sancti visionem illam Ioannis Apocal. 12. quæ cum sit princeps, ac Regina omnium Sanctorum, merito suo fulgentissimo splendore cæteris omnibus præluet: cum enim in thalamo sui gremij, quem cœli capere non poterant, solem iustitiæ cõtulerit, sole amictam, suisque præclarissimis radijs decoratam, lunam, ac eius splendorem sub pedibus eius micantem, ac corona duodecim stellarum rutilantem vidisse testatur Ioannes. De qua Ambrosius libro de Virginibus. 2. dicit. *Quid nobilius Dei matre? quid splendidius ea quam splendor elegit? De ipsa enim Dionysius dixit, quod eam tanquam Deum adorasset,*

adorasset, si fides vnum solum Deum adorandum sub præcepto non mandasset: diuino enim splendore fulgentem vidisse testatur, sicut cœlorum Reginam decet.

§. v.

De splendore Pauli.

ET Paulus cum defenderet se ab accusationibus Iudæorum coram Rege Agrippa, narrans admirabilem conuersionem suam, Act. 26. dicit. *Videa (Rex) de cælo supra splendorem solis circumfulsisse me lumen: Quid plura? o bone Deus, paucis dixerim de splendoribus Sanctorum. Dicam amplius cum Psal mista Psalm. 149. Exultabunt Sancti in gloria, lætæbuntur in cubilibus suis, maxime considerando innarrabilia beneficia sibi à Deo collata in hac vita mortali, vt tanto splendore in cœlesti patria vnusquisque Sanctus mereretur coronari, cantant iucundissima verba Iob, dicentis. Quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam.* cap. 29.

De splendore Pauli.

§. VI.

Splendores imaginum Sanctorum.

N Vllis tamen Sanctis ante canonizationem, aut beatificationem concedit Ecclesia tale priuilegium, vt eorum imagines depingantur cum diademate, & splendoribus, radijs, aut luminibus: cum ista signa sint moraliter certa inditia sanctitatis & gloriæ, vt ex supradictis manifeste patet, & infra latius dicetur.

Splendores imaginum SS.

§. VII.

Imago sancti Ollegarij cum splendenti deaurato diademate.

Imago S. Ollegarij cum splendenti deaurato diademate.

Nillus igitur miretur, si hæc Ecclesia Barcinoniam a fundatione eiusdem in summitate capellæ sancti Ollegarij eius figuram & imaginem in lapide sculptam cum deaurata corona siue diademate splendenti, in signum suæ sanctitatis, canonizationis, aut beatificationis, cum literis etiam deauratis, quibus legitur, beatus Ollegarius, apposuerit.

§. VIII.

Splendores hypocritarum.

Splendores hypocritarum.

NE lupi in pelle ouina decipiant oues, cū intrinsecus sint hypocritæ, & lupi rapaces: ex operibus tamen eorum cognoscēdos esse docet Christus dominus Matthæ. 6. & 7. De quibus loquitur Paulus 2. ad Corinth. 11. *Pseudoapostoli sunt operarij subdoli transfigurantes se in Apostolos Christi.* Et nō mirum si etiam Satanas transfigurat se in Angelum lucis. Non est ergo magnum, si ministri eius transfigurentur, veluti ministri iniquitatis; quorum finis erit secundum opera eorum. Et quamuis ad tempus permittat Deus, quod hypocritarum opera & exempla videantur exterius bona, sapienter, piè, deuote, ac doctè legant, prædicent, ac scribant, & etiam miracula fieri: vt fingant se sanctos, deuotos, & raptus, & eleuationes in publico, siue in angulis platearum (vt dicit Christus dominus) orando, artificiosè, aut diabolica arte sofisticent, Christi plagas ostentent, ac alia

ac alia maiora, aut similia faciant, vt videantur ab hominibus; aut vt humana, ne dicam diabolica ambitione, honorentur dignitatibus, muneribus, & officijs, tam in ecclesia, quam in republica seculari. Cupiunt enim splendores Sanctorum rapere & vsurpare, sanctos, beatos, & a Christi lucerna illuminatos, appellari. De illis tamen, & de quolibet illorū in fine dicit Ioannes Apocal. 18. *Et lux lucernæ non lucebit in te amplius.* quasi dicat, opera quæ hypocrita fingebat esse bona, sancta, & illuminata a lucerna Christi domini, amplius non apparebunt bona. De hypocritis videtur loqui Isai. cap. 13. *Quonia stellæ cæli, & splendor earum non expandent lumen suum super eos: obtenebratus est sol in ortu suo, & luna non splendebit in lumine suo.* Et licet de malis, in die iudicij, verba hæc intelligi possint, & de obcæcatione Iudæorum; de hypocritis etiam intelligi possunt.

§. VIII.

Effectus canonizationis.

AD hunc ergo finem & effectum ordinata est canonizatio Sanctorum: vt discernatur an opera illa sint ficta, aut vera, triticum, aut palea, digna gloriæ, aut gehennæ: & tandem qui tanquam sancti & beati sint colendi, adorandi, & inuocandi; & quorum imagines depingere debeamus cum diademate, splendoribus, & radijs.

Effectus canonizationis.

§. X.

Splendores plurium Sanctorum.

S V M M A R I V M.

- 1 Splendores Moysis.
- 2 Stephani.
- 3 Benedicti.
- 4 Ildephonsi.
- 5 Francisci.
- 6 Angelici Doctoris.
- 7 Ollegarij.

Splendores Moy-
fis.

Depingitur Moyses in Scriptura sacra cum ma-
ximo splendore, vt legitur 2. ad Corinth. 3. &
Exod. 34. *Non poterant (inquit facer contextus) filij
Israel intendere in faciem Moysis*, quoniam ex confor-
tio glorie Domini ignorabat quod cornuta esset fa-
cies eius splendens propter gloriam vultus eius.

Stephani;

Depingitur Stephanus cum splendore, Actorū 6.
& 7. *Cum esset plenus Spiritu sancto, intendens in cœlū,
vidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris Dei.* Et
infra ait. *Ecce video cœlos apertos: & ipsi Iudæi qui e-
rant in concilio intuebantur faciem eius, tanquam faciē
Angeli splendentis.*

Benedicti.

Depingitur Benedictus cum splendore post sum-
ptionem Eucharistiæ, efflans animam, clarissima lu-
ce circumfulsam, ad cœlos ascendentem.

Ildephonsi.

Depingitur & noster Ildephonsus de alma virgine
Maria benemeritus, cum splendoribus, quibus inef-
fabili modo fuit circumfulsus, ad preces matutinas
expectationis beatæ Mariæ descendens, à qua casul-
lam accepit, qua in sacrificijs vteretur, postquam
ad aram progressus, sanctam Deiparam vidit, ac
adorauit.

Depin-

- 5 Depingitur Franciscus cum radijs splendoris ex
apparitione Seraphini in figura Christi in cruce pen-
dentis, & ab impressione quinque plagarum.
- 6 Depingitur Angelicus doctor cum sole in pecto-
re, propter splendorem suæ sanctitatis & doctrinæ.
Et similiter depinguntur alij Sancti cum splendori-
bus, & alijs signis suæ sanctitatis.
- 7 Depingatur etiam noster Ollegarius cum splen-
doribus, qui in multis miraculis apparuit lucidissi-
mus. Quem cum diademate deaurato hæc ecclesia
depingit.

Quibus præmissis, quia dictum est de sanctitate
& integritate vitæ S. Ollegarij, restat dicere de mi-
raculis: sed prius dicamus de eleuatione corporum
sanctorum.

DIGRESSIO.

De eleuatione corporum Sanctorum.

*Eleuatio corporum sanctorum è terra, an redoleat spg-
stem canonizationis, aut beatificationis,*

S V M M A R I V M.

- 1 Corpus sancti Ollegarij in terra sepultum.
- 2 Eleuatum è terra.
- 3 Quantum importat eleuatio.
- 4 Vsuarius magnæ authoritatis.
- 5 Eleuatio sanctarum virginum.
- 6 Molanus celeberrimus doctor.
- 7 Eleuatio S. Landoaldi.
- 8 Sanctorum eleuatorum.

9 S. Adria-

- 9 S. Adrianus eleuatus.
- 10 De S. Bauone eleuato.
- 11 Barontus de S. Bauone.
- 12 S. Aldebertus eleuatus.
- 13 S. Alena eleuata.
- 14 S. Brunulfus eleuatus.
- 15 S. Arnulfus eleuatus.
- 16 S. Ber'endis eleuata.
- 17 Tres virgines sanctæ eleuatæ.
- 18 Multorum SS. eleuatorum.
- 19 De S. Andrea eleuato.
- 20 Thomas Cantipratanus.
- 21 De sancta vita Ioannis Theutonici eleuati.
- 22 Mevensis Episcopus eleuauit.

Corpus S. Olegarij in terra sepultum.



Eleuatum e terra.

Quantum importat eleuatio.

Vsuardus.

Eleuatio s. Harum virginum. Molanus.

V M sæpè hoc tractatu dictum sit nostrum sanctum Ollegarium in terra sepultum, vitæ sanctimonia, morte pretiosa, & gloriosis miraculis illustratum, ad magnam deuotorum cleri & populi instatiam, ab Episcopo e terra, integrum corpus repertum, eleuatum fuisse, certo certius maiorum traditione, experientia, permanenti facto, & a notorio comprobatur. Videndum tamen est, quantum & quid importet ista locutio *Eleuationis corporum sanctorum*. Et an ipsa eleuatio redoleat, aut sit species canonizationis. Antiquissimi enim Episcopi, & grauissimi auctores Martyrologiorum hac locutione vsi sunt sæpissimè. Vsuardus magnæ autoritatis vir, sub die 16. Kal. Iulij in fine, refert in Eischel Constantiensis diocesis, eleuationem sanctarum virginum Cunegundis, Mechtundis, & Vuibrandis. Vbi Molanus,

nus Regius Consiliarius Louaniensis doctor celeberrimus in Indiculo sanctorum Belgij in additionibus ad Vsuardum annotatione 3. dicit: Cunegundis, Mechtundis, Vuibrandis, & Christiana, translatae sunt & eleuatæ anno 1504.

7 Idem Vsuardus, recensitis Sanctis qui occurrunt idibus Iulij, in fine his verbis loquitur: Gandau eleuatio sancti Landoaldi, sociorumque eius. Huius sancti Landoaldi Episcopi reliquiae honorificè venerantur in ecclesia sancti Bauonis in prima & maxima ciuitate Fladriæ, vt affirmat dictus Molanus; qui in indiculo præfato fol. 20. apud me, adfert collectam quam cantat dicta ecclesia in Missarum festiuitate translationis reliquiarum suorum Sanctorum, huiusmodi sub tenore. Oremus.

Eleuatio S. Landoaldi.

Oratio SS. eleuatorum.

8 Propitiare quæsumus Domine nobis famulis tuis per sanctorum confessorum tuorum Bauonis, Landoaldi, Macharij, atque Amarij, & beatorum martyrum tuorum Liuini, Adriani, Brictij, & sanctarum virginum Barbara, Vinciane, Landiane, Pharaildis, & ceterorum, quorum reliquiae in presenti ecclesia requiescunt merita gloriosa: vt eorum pia intercessione ab omnibus semper muniamur aduersis. Per Dominum nostrum Iesum, &c. In qua oratione non solum inuocatur sanctus Landoaldus in secundo loco orationis: sed etiam alij Sancti, quos aliter nescitur canonizatos esse, nisi per antiquam eleuationem, vt dicitur de sancto Bauone, & de alijs.

9 Idem Molanus in eodem Indiculo 19. Martij, de sancto Adriano martyre verba faciens, dicit: Quod quiescit cum Landoaldo, &c. cum quo est eleuatus, & Gandauum translatus, veneraturque & inuocatur in supradicta oratione in eadem ecclesia.

S. Adrianus eleuatus.

Idem

*De S. Bauone
elevato.*

Idem Molanus ibidem folio 14. de sancto Bauone scribens, dicit, quod Eligius Præsul non modo Bauonis reliquias visitavit, verum etiam easdem è terra honorificè eleuavit Gandau Kal. Augusti anno 1010. Eius ciuitatis ecclesia est in honorem sui sancti Bauonis ædificata, estque totius diœcesis patronus. Hunc Molanus appellat sanctissimum & celeberrimum confessorem. Sanctus Linius episcopus in Flandriam veniens triginta diebus fertur super Bauonis sepulchrum Missarum solemnia celebrasse ante eius eleuationem: primus omnium inuocatur in oratione superius recensita. Sanctum Bauonem refert Baronius Kal. Octobris in Martyrologio Romano in textu, & in glos. De quo, inquit, scribunt Molanus, Beda, Vuardus, Ado, Surius, & alij: qui, inquit, migravit è vita anno Domini 630.

*Baronius de S.
Bauone.*

*S. Aldebertus
elevatus.*

S. Alena eleuata.

*S. Brunulfus
elevatus.*

S. Arnulfus eleuatus.

S. Berle. dis eleuata.

*Tres virgines
sanctæ eleuata.*

S. Bertilla eleuata.

*Multorum Sæ
Erum eleuata.*

Quamplures alios Sanctos refert eo loco Molanus eleuatos. Sanctum Aldebertum Comitem Austrouandriæ ad altare eleuatum. Sanctam Alenâ virginem & martyrem eleuauit Godfaldus Abbas Affligiensis anno 1192. Sanctum Brunulfum Episcopum Suesionensem de terra eleuauit Lâbertus Episcopus cum aliquot Abbatibus Kal. Maij 1121. Arnulfus miles & martyr, cum alijs Sanctis fuit eleuatus pridie idus Decembris. Sancta Berlendis virgo monialis, fuit eleuata trigesimo anno suæ depositionis per Autbertum Episcopum Cameracensem. Cû eadem fuerunt eleuatæ Noua & Celsa virgines. Sancta Bertilla virgo eleuata est 18. Kalen. Decembris, circa annum 1096. Sancti Bonifatij Archiepiscopi & martyris, & aliorum multorum corpora Sanctorum fuerunt eleuata ad sanctum Saluatorem.

Elegan-

Elegantissima carmina sequentia refert idem Molanus de S. Andrea abbate Leodicensi eleuato.

19 *Hunc tumulum qui que non irreuerenter adite
Andræe sancti loculum quia claudit & artus,
Qui pius & prudens, humilis fuit, & venerandi
Discipulus patris simul & successor Amandi.
Hunc pastor caule præsentis conditor aule
Hugo leuans lymphæq. luens, theccaq. recondens,
Mandatoq. tumulo solemniter hic colitur,
Febri faciscentes ibi conualuere frequenter.*

*De S. Andrea
elevato carmina.*

20 Thomas Cantipratanus Episcopus S. T. D. in libro miraculorum & exemplorum mirabilium sui temporis apud rempublicam mirificè pertractans libr. 2. cap. 57. §. 55. & 58. scribens de sancta vita Ioannis Theutonici Bosinensis Episcopi in Vngaria, quarti Generalis Ordinis Prædicatorum, sic loquitur in titulo §. 58. Feruor deuotionis, obitus, & eleuatio eius. Et infra: Obijt autem in maximo feruore spiritus apud Argentinam urbem Theutonicæ. Ad cuius tumulum crebra miracula facta narrantur. Eleuatum est autem corpus eius venerabile à domino Metensi Episcopo, anno ab incarnatione Domini 1261. in cuius eleuatione Fratibus Prædicatoribus ad generale Capitulum congregatis, illustri Regina Vngariæ mandauit per literas solempne miraculum.

Thomas Cantipratanus.

*De sancta vita
Ioannis Theutonici eleuati.*

22 Metensis episcopus eleuauit venerabile corpus.

In libro inscripto, Vitæ Sanctorum per Reuer. Franciscum Haraeum ex Lipomano, Surio, Maldonato, & alijs collectæ, legitur de pluribus Sanctis eleuatis, & præsertim de Eduardo Rege Anglorum sub die quinta Ianuarij, in fine eius vitæ leguntur hæc verba: Post cuius obitum anno 36. cû corpus de

*De S. Eduardo
elevato.*

G j terra

De S. Gudula
elevatione.

terra eleuaretur, repertum est integrum & incorruptum. Sicut nos legimus de sancto Ollegario. De sancta Gudula virgine 8. Ianuarij, in calce eius vitæ habentur hæc verba: Quo è loco tempore Caroli Magni crebrescentibus miraculis eleuata.

Ex dictis constare videtur hanc vocem *Eleuare* redolere speciem quandam canonizationis, aut beatificationis.

§. II.

*Scriptura sacra ad honorandum Deum & sanctos vitur
hac voce Elevationis.*

S V M M A R I V M.

- 1 Ante elevationem recipitur informatio.
- 2 Solium Dei eleuatum.
- 3 Magnificientia Christi eleuata.
- 4 Mons & collis eleuatus.
- 5 Sancti eleuati.
- 6 Leuitæ eleuati.
- 7 Eleuabitur.
- 8 De viro iusto.
- 9 Lapidés eleuati.
- 10 Sancti sunt lapides eleuati.
- 11 Sanctus Ollegarius eleuatus.

EX modo loquendi grauissimorum Doctorum visum est hanc locutionem, elevationis corporum sanctorum, inducere & redolere quandam speciem antiquissimæ canonizationis. Quia habita informatione de eorum vitæ sanctimonia, de miraculis, aut de martyrio, antiquissimi Episcopi solebant ad instantiam

Ne eleuati omnes
recipitur informatio.

Preludium
quintum.

stantiam cleri & populi eorum corpora & reliquias è terra ad nobiliora sepulchra, aut ad altaria, honoris & venerationis causa eleuare: oratoria, sacella, vel ecclesias in honorem Dei & eorum Sanctorum dedicare, licentiamque deuotis concedere ad instituenda beneficia cum sufficienti dote ad luminaria pro ministrorum & custodum sustentatione, sicut iure cautum, & probatum est cap. 7. Nunc pro maiori rei veritate non erit abs re inquirere an ex sacris literis possit etiam induci hanc loquutionem elevationis aliquarum personarum ad maximos honores usum fuisse Spiritum sanctum, quæ loquutio ansam præbuerit antiquis authoribus & Episcopis, vt ea vterentur ad honorandum & venerandum Sanctos & eorum reliquias. Isaia cap. 6. legitur: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum.* Vbi ad exponendam ineffabilem maiestatem diuinam vitur Isaias hoc verbo, eleuatum. David volens ostendere celsitudinis honorem humanitati Christi domini debitam de ea Psalm. 8. hac phrasi vsus est: *Eleuata est magnificientia tua super celos.* Et Isaias cap. 2. loquens de eodem Christo domino dicit: *Eleuabitur super omnes colles,* idest, super omnes Angelos & Sanctos. Et infra dicit: *Exaltabitur Dominus solus in illa die super omnes colles eleuatos.* Colles eleuati sunt Sancti eleuati, vel canonizati. De eodem Christo domino ad celum ascendente scribit Lucas Acto. 1. *Videntibus illis eleuatus est.* Si pro extollenda diuina Dei maiestate, & Christi domini gloria, honore, & veneratione vsus est Spiritus sanctus hac locutione: quid mirum si Episcopi illorum temporum vsi sunt ad honorandum & venerandum Sanctos & eorum reliquias hoc elevationis loquendi modo? Imo ea-

Solium Dei eleuatum.

Magnificientia: Christi eleuata.

Mons & collis eleuatus.

Sancti eleuati, dem Scriptura ad honorandum Sanctos iisdem locutionibus utitur, ut dictum est de montibus & collibus eleuatis. Tum quia mundatis & purificatis
 Leuiti eleuati Leuitis, aqua lustrali aspersis, rasisque eorum capillis, finitoque libamine & sacrificio, prout mandauerat Dominus Numer. 8. inquit sacer contextus, quod eleuauit eos Aron in conspectu Domini, & orauit pro eis, ut purificati ingrederentur ad officia sua in tabernaculum foederis. Ad hunc igitur honorem Leuitis concedendum, summus Sacerdos Aron eos eleuasse dicit sacer contextus, & eleuationis verbo usus est. Per Isaiam cap. 52. loquitur Deus verba intellectu difficilia, quae siue intelligantur de Christo, siue de viro iusto, sunt ad nostrum propositum.
 Eleuabitur. *Ecce intelliget seruus meus exaltabitur & eleuabitur, & sublimis erit valde.* Si de Christo intelligas, exaltabitur & eleuabitur: hoc idem dixit Isaias cap. 2. ut supra. Si de viro iusto, etiam verum est, quod exaltabitur & eleuabitur in coelo per gloriam, & in terris per canonizationem. Prophetæ Zachariæ expressa sunt verba, cap. 9. *Lapides sancti eleuabuntur super terram.* & ibi glo. interlinealis: Sancti eleuabuntur de humilitate sua, ut sint gloriosi in terra. De his lapidibus viuis loquitur Petrus in sua canonica cap. 2. Isti lapides sancti sunt lapides viui, qui suis coaptantur locis per manus artificis in illa beata vrbe Ierusalem, quae construitur in celis viuis ex lapidibus, iuxta hymnum dedicationis Ecclesiae. Isti lapides viui sunt Sancti canonizati & eleuati super terram. Non immerito illi antiquissimi Episcopi pro canonizatione vsi sunt verbo eleuationis. Nostrum igitur sanctum Ollegarium est terra eleuatum, affirmant nostrates, prout nos eleuatum videmus ad altare,

altare, in quo tanquam Sanctus maxima cum deuotione colitur & veneratur.

§. III.

De montibus & collibus eleuatis.

S V M M A R I V M.

- 1 Loretus monachus Benedictinus.
- 2 Mons Christus, Maria, Angeli, Apostoli, Patriarchæ, & Sancti.
- 3 Lapis de monte.
- 4 Cedrus in monte.
- 5 Interpretatio montis & collis.
- 6 In illa die.
- 7 Sanctus Ollegarius est mons & collis eleuatus.

Circa propositionem super verbis Isaiæ cap. 2. de montibus & collibus, refero quod summo labore & studio scripsit grauissimus doctor noster Cæthalanus Loretus monachus Benedictinus in sacro Coenobio virginis Mariæ de Monteferrato in Silua allegoriarum in verbo Mons, & in verbo Collis. Inter plures significationes montium & collium, dicit, quod in aliquibus sacrae Scripturae locis, Christus dicitur mons, Maria dicitur mons, Ecclesia dicitur mons, Angeli dicuntur montes, Apostoli & Patriarchæ dicuntur montes, alij Sancti similiter. Pro quibus interpretationibus allegat Gregorium, Ambrosium, Augustinum, Hieronymum, Origenem, Bernardum, Bedam, Rupertum, & alios. Quando simul reperuntur hæc duo, montes & colles, quia montes sunt collibus altiores: per montes intelli-

Loretus monachus Benedictinus.

Christus, Maria, Angeli, Ecclesia, Apostoli, & Patriarchæ, & SS. Doctores.

intelliguntur maiores, per colles minores. Ex pluribus locis induco sequentia tantum, vltra allegata §.2. Daniel. 2. *Abscissus est lapis de monte sine manibus.* 3
 Ezechiel. 17. *Mons excelsus in quo plantavit Deus cedrum.* 4
Psalm. 67. Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Et Daniel. 3. *Benedicite montes & colles Domino.* Psalm. 110. *Leuavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi.* & Psal. 80. *Fundamenta eius in montibus sanctis.* Quando igitur dicit Isaias, quod 5
 Christus dominus in illa die exaltabitur super omnes montes & colles eleuatos; vult significare quod Messias in lege promissus exaltabitur super omnes Angelos, super omnes Patriarchas & Prophetas, super omnes Apostolos & Sanctos, & super omnes Reges & Principes, & super omnes Monarchas, tyrannos & superbos. In illa die, qua pater æternus cõcessit hominibus, vt eius cõternus filius fieret homo in tempore pro generis humani redemptione; sumendo diem pro toto tempore vitæ Christi: aut in illa die tremendi iudicij. 6

Lapis de monte, Cedrus in monte.

Mōtis & collis interpretatio.

In illa die.

S. Ollegarius est mons & collis eleuatus.

Ex quibus, iure, noster sanctus Ollegarius potest 7
 appellari mōs & collis eleuatus: quia probatum est illum fuisse eleuatum è terra, in maximum inditium suæ gloriæ, canonizationis, aut beatificationis.

D I G R E S S I O.

De Miraculis.

S V M M A R I V M.

- 1 Diffinitio miraculi.
- 2 Miraculum est opus.

3 Illu-

- 3 Illusiones dæmonum.
- 4 Diuinum opus est miraculum.



MIRACVLVM, iuxta doctrinā S. Thomæ (de potentia Dei qu. 6. vbi ex professo de miraculis agit, & 1. par. q. 110. art. 4. & q. 114. art. etiam 4.) est opus diuinum, quod fit præter ordinem totius naturæ creatæ. Ad genuinam doctrinam de miraculis inuestigandam, sunt ponderanda singula verba huius diffinitionis. In his enim quæ raro fiunt miraculum est. C. lib. 12. coll. 4. de consulib. vers. *Quantumcunque.* Hoc verbum Miraculum in iure & Doctoribus dicitur quod raro accidit, admiratione plenum, opus arduum & insolitum, supra spem & facultatem admirantium. per allegata Alberici in Dictionario in verbo Miraculum. cap. reuera, de consecrat. distinct. 2. 2 Miraculum dicitur opus, ad excludendas illusiones dæmonum, incantatorum, & magorum, necromanticorum, hydromanticorum, augurium, & aliorum maleficatorum, qui arte nequissima dæmonū præstringunt, ac illucinant aciem oculorum, & sensus hominum ac mentes turbant, elementa concutendo, aquam cruore miscendo, carminibus ac præcationibus mortuos suscitari fingentes, vmbas dæmonum in aqua aut in vitro euocando, quorum voces fingunt audire, fingentes alias apparitiones rerum & personarum per aliqua ficta phantasmata, quæ latius referuntur in decreto cano. 14. incipiente Nec mirum, & cap. Episcopi in causa 26. & refert Paulus 2. ad Corinth. 11. verba: *Ipse Satanas transfiguratur se in angelum lucis.* Concordat cum cap. sciendum,

Diffinitio miraculi.

Miraculum est opus illusionis.

Opus diuinum. dum, cap. quodam loco quest. 4. eadem. Miraculum igitur est opus verum, & perfectum, & non fictum. Item miraculum dicitur opus diuinum, vt intelligamus vera miracula à solo Deo fieri posse: vt eo loco probat S. Thomas autoritate Psalm. 71. *Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus.*

§. II.

Quomodo Sancti miracula faciunt.

Quomodo Sancti miracula faciunt.

Quomodo igitur Sancti miracula faciunt, si solus Deus vera miracula facere potest? Respondetur, quod solus Deus potest facere miracula authoritatiuè: Sancti verò & iusti, inuocando nomen Domini, prout Marci vltimo illis promisit: *In nomine meo demonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint nō eis nocent, super ægros manus imponent & bene habebunt, &c. illi autem profecti prædicauerunt ubique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis, videlicet miraculis. Et Lucæ 9. dedit illis potestatem super omnia demonia, & vt languores curarent.*

§. III.

Miracula infallibilem veritatem arguunt.

S V M M A R I V M.

- 1 *Miracula arguunt veritatem infallibilem.*
- 2 *Oratio Eliæ ad Dominum.*
- 3 *Exemplum in tribus pueris.*
- 4 *Signa ad cognoscendum Messiam.*
- 5 *Sanctorum dicta comprobantur miraculis.*

Miracula

I Miracula igitur facta per intercessionem Sanctorum, quia sola virtute diuina facta sunt, arguunt Dei & fidei veritatem infallibilem. Quando Elias Propheta voluit vt miraculosè descenderet ignis de coelo ad sacrificium consumendum, in honorè Dei & ædificationem populi, sic Deū precabatur 3. Regum 18. *Domine Deus Abraam, Isaac, & Israel, ostende hodie quia tu es Deus Israel, & ego seruus tuus.* quasi dicat, si hoc feceris miraculum (prout fecit) ad deprecationem meam, omnis populus cognoscet quia tu es Deus, (qui facis mirabilia) & ego seruus tuus à te dilectus, & per consequens sanctus. Miracula igitur arguunt veritatem infallibilem in Sanctis.

Miracula arguunt veritatem infallibilem.

Oratio Eliæ ad Dominum.

Idem confirmatur per ea quæ leguntur Daniel. 3. tres pueri orabant ad Dominum vt eos eriperet per miraculum à camino ignis ardentis, (prout liberauit) & dicebant: *Erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriam nomini tuo.* Et infra, pro miraculo impetrando orando dicebant: *Scient quia tu es dominus Deus solus & gloriosus super orbem terrarum.*

Exemplum in tribus pueris.

Nam Christus dominus suam diuinitatem miraculis comprobauit. Ioann. 15. *Si opera non fecissem quæ nemo alius fecit, &c. Opera quæ ego facio testimoniam perhibent de me.* Matth. 11. *Cæci vident, claudii ambulant, surdi audiunt, & leprosi mundantur.* Hæc dedit signa Propheta Isaias cap. 45. ad cognoscendum Messiam: *Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, &c.* Ecce quot miraculis probatur diuinitas Christi. Et Sanctorum dictis non creditur, nisi illa astruant per operationem miraculi, vel per Scripturæ testimonium speciale: vt habetur ex cap. cum ex iniuncto, de hæret. & c. quærendum in fi. de poenit. dist. 2.

Signa ad cognoscendum Messiam.

Sanctorum dicta comprobantur miraculis.

H j

§. IIII.

S. IIII.

*Donum faciendi miracula non est semper
in Sanctis.*

S V M M A R I V M.

- 1 *Miraculis probatur sanctitas.*
- 2 *Exemplum de Eliseo Propheta sancto.*
- 3 *Exemplum de Apostolis.*

N Ec tale donum faciendi miracula, à Spiritu sancto datum manet semper in Sanctis, sicut in Christo domino, vt legitur in cap. quærendum, de poeni. dist. 2. sub his verbis: Ne semper infirmos curandi, mortuos suscitandi, dæmones eiiciendi, vel etiam prophetandi, habeant facultatem. Et infra: Sed venit ad tempus, vt etiam alijs per miraculorū signa quales sunt intus effulgeant. Ergo per vera miracula comprobatur sanctitas, cum ipsum miraculum sit opus diuinum.

Miraculis probatur sanctitas

Exemplum de Eliseo propheta

In signum huius veritatis, quod donum faciendi miracula non manet semper in Sanctis, legitur 4. Regum 4. quod Eliseus cum esset vir eximie sanctitatis, de quo non legitur aliquod peccatum fecisse, propter quod donum spiritus prophetandi & faciendi miracula recesserit ab eo; tamen ipsemet dicit: *Dominus celauit à me, & non indicaui mihi.* Postea vero eodem die iterum spiritus prophetandi, & miracula faciendi fuit Eliseo concessum, quia suscitauit puerum Sunamitidis, & alia fecit miracula.

Probatur etiam, quod donum faciendi miracula non semper est in Sanctis: cum enim Apostoli haberent

3 berent donum faciendi miracula, & eiiciendi dæmonia, vt legitur Lucæ 10. postquam renuntiauerint Christo, non solum fecisse miracula, sed etiam gloriabantur, dicentes: *Etiam dæmonia*, inquit, *subijciuntur nobis.* Matthæi autem 17. cum quidam homo obtulisset filium suum dæmonio vexatū, dixit Christo domino, obtuli eum discipulis tuis, & non poterunt curare: quem statim Christus dominus à dæmonio liberauit. Discipuli autem petierunt à Christo domino: *Quare & nos non potuimus eiicere illum?* Quibus respondit, quod *propter incredulitatem vestram.* Et postea dicit: *Hoc genus dæmoniorum non eiicitur nisi in oratione, & ieiunio.* In Christo manet semper potestas prophetandi, & miracula faciendi; non tamen in Sanctis, quia recedit & venit ad tempus propter rationes adductas in d. c. quærendum.

S. v.

Miracula præter ordinem totius naturæ creatæ.

A ddit sanctus Thomas, quod miracula fiunt præter ordinem totius naturæ creatæ. Dixit totius, nam multa fiunt præter ordinem alicuius particularis naturæ creatæ, quæ non sunt miracula: vt probat exemplo lapidis, cum aliquis eum projicit sursum violenter, cum iuxta ordinem & cursum suæ naturæ tanquam res grauis deorsum tenderet, & finita vi projicientis in lapidem immissa, & impedimento remoto, ad centrum cadit.

Miracula præter ordinem totius naturæ creatæ.

S. vi.

Miracula quoad nos.

*Miracula quo
ad nos.*

Item adfert Diuus Thomas distinctionem, quod quædam sunt miracula quoad nos, quæ simpliciter non sunt miracula, videlicet ea quæ fiunt ab angelis, vel à dæmonibus, vel à magis, virtute creata naturali nobis ignota, applicando actiua passiuas, vel per pactum initum cum demonibus, aut applicando corporalia semina per motum localem: quæ cum sint nobis ignota, videntur miracula, & non sunt: & cum dæmon loquitur secreta per linguam obfessi, quæ ipse homo ignorat, sicut solebat loqui in stautis & simulachris idolorum, & dabat responsa. cap. igitur 26. quæst. 3. & utebatur illis, tanquam instrumentis ad decipiendos homines incautos & ignorantes: talia non sunt vera miracula, licet sint admiranda quoad nos. Item illa alia verba diffinitionis, præter ordinem & cursum naturæ creatæ, intelliguntur non solum de ordine inferiori, sed etiam de ordine superiori, & gratiæ: quia (vt dictum est) miracula solus Deus potest facere.

§. VII.

Tribus modis fiunt miracula.

S V M M A R I V M.

- 1 *Miracula contingunt tribus modis.*
- 2 *Varia miracula ex testamento veteri.*

Item ad explanationem verborum, præter ordinem, &c. nota ex S. Thom. locis citatis, & 2. sent. dist. 18. quæst. 1. artic. 3. quod tribus modis possunt contingere miracula: nam ea vel sunt supra naturam, aut præter naturam, aut contra naturam: in cuius confir-

*Tribus modis
contingunt mi-
racula.*

confirmationem lege in Decreto de consecrat. dist. 2. canonem incipientem Reuera mirabile est, de sanctissimo Eucharistiæ sacramento, & de aliquibus miraculis veteris testamenti. Quod Moyses conuertit virgam in serpentem, & rursus ex serpente in virgam: conuertit aquam in sanguinem, & sanguinem in aquam: & per intercessionem Moysis quod mare rubrum congelatum fuit in muros in transitu filiorum Israel, Exod. 14. & in medio via pedestris apparuit: & quod Iordanis, Iosue 4. contra naturam retrorsum in sui fontis reuertitur exordium: & quod percussit Moyses petram, Numer. 20. & præter naturam fluxerunt aquæ: quod fluvium Marat, Exod. 15. amarum, conuertit Moyses in dulces & potabiles aquas. Eliseus præter naturam natare fecit ferrum, 4. Regum 6. Elias, 4. Regum 1. ignem de coelo descendere fecit. cap. si illic 23. quæst. 4. cap. ea vindicta. cap. quod Christus: & quod Deus ex nihilo cuncta creauit, Genes. 1. & quod Christus ex integra virgine Maria natus est, Luc. 1. in cap. sequenti sunt 2. q. 7. dicitur, quod asina loquuta fuit ad Balaam contra naturam, Num. 22.

*Varia miracu-
la ex testamento
veteri.*

§. VIII.

Miracula supra naturam.

Miraculum supra naturam est resurrectio mortuorum, ambulare super aquas, Matt. 14. restituere visum cæco à natiuitate, Ioann. 9. impedire ignem vrendi pueros in fornacem immisos, Dante. 3. diuisio maris rubri vt transirent filij Israel per medium sicci maris, Exod. 14. eclipsis in morte Christi, Luc. 23. Talia enim miracula facere excedit vires & fa-

*Miracula sur-
pra naturam.*

& facultates naturæ. Et solus Deus hoc præstare potest per se, vel per intercessionem alicuius Sancti.

§. VIII.

Miracula præter naturam.

Miracula præter naturam.

Miraculum præter naturam est ex quinque panibus satiare quinque millia hominum, Ioan. 6. augendo panes: nam licet panis sit cibus ad alendum & satiandum homines, non tamen potest natura augere panes in instanti, & in tam magna multitudine & quantitate: talis est ergo actio diuina & miraculosa præter ordinem naturæ: vt etiam derinere cursum solis & lunæ ad instantiam Iosue ferui Dei, Iosue 10.

§. IX.

Miracula contra naturam.

Miracula contra naturam.

Miraculum contra naturam, seu potius supra naturam est ex nihilo mundum creare, Genes. 1. vt pariat virgo ea integra manente, Luc. 1. & quod aqua conuertatur in vinum, Ioa. 2. nulla dispositione præexistente. Tales enim leges ignorat natura sed creatori omnium omnia sunt possibilis, si non implicent contradictionem.

§. X.

Maiora horum faciunt Sancti.

Maiora horum faciunt Sancti.

ET licet huiusmodi miracula sola diuina virtute possint fieri, Sancti tamen & amici Dei, talia & maiora horum faciunt, Ioann. 14. implorando diuinum fauorem in confirmationem fidei & doctrinæ Euange-

Euangelicæ, atque ad demonstrandam sanctitatem eius cuius intercessione fiunt miracula, vt probatum est §. 3. & 4. His igitur tribus modis contingit vera miracula fieri, vt supra probatum est §. 7.

§. XII.

Si homines mali faciunt miracula.

QVia verò dictum est supra, quod quandoque permittit Deus fieri miracula per homines malos, vt probare nititur Maluisius §. aggredior, num. 24. de canonizatione Sanctorum: & quod donum propherandi, & miracula faciendi, in aliquibus est donum Dei sine gratia, & quod aliquando tale donum transit in posteros eiusdem prosapiæ, vt affirmat de Rege Francorum; & alij hoc affirmant de Salutatoribus; videndum est an sit verum, quod homines mali fecerint miracula. Et respondendum videtur negative. Ratio est, quia si ad probandam sanctitatem, & ad canonizandum Sanctos est necessarium probare miracula per intercessionem illorum Sanctorum facta. Ergo clarum est, quod vera miracula fiunt à Deo per intercessionem Sanctorum suorum amicorum, & non per homines malos, vt dictum est §. 3. 4. & 5. cap. quærendum. de poenit. distinct. 2. c. cum ex iniuncto. de hæret.

Ad confirmationem eorum quæ in hoc §. 12. & sequenti, lege Diuū Thomā 2. 2. quæst. 173. de gratia miraculorum artic. 1. & 2.

§. XIII.

Homines mali quomodo faciunt miracula.

S V M M A R I V M.

- 1 Secundum præsentem iustitiam.
- 2 Iudas fecit miracula.
- 3 Ratione dignitatis fiunt miracula.
- 4 Cayphas prophetavit.
- 5 Hieroboam malus rex.
- 6 Hieroboal bonus Princeps
- 7 De Saule.
- 8 De Balaam.
- 9 De suscitatione Samuelis.
- 10 De malis Christianis.
- 11 Magi Pharaonis.
- 12 Simon magus.
- 13 Antichristus.

Secundum præsentem iustitiã

Iudas fecit miracula.

Ratione dignitatis fiunt miracula.

AD dissoluenda autē argumenta quæ sunt in contrarium est præmittenda distinctio. Homo secundum præsentem iustitiam, vno tempore potest esse bonus, & alio tempore potest esse malus. sicut Iudas, pro tempore quo fuit missus cum Apostolis, & alijs discipulis ad prædicandum, potuit miracula facere, sicut & alij discipuli fecerunt, vt legitur Lucæ 10. cap. aduersitas. §. ecce elongaui 7. q. 2. cap. tu bonus 23. q. 4. & cap. tollerandi sunt.

Item est præmittenda alia distinctio, quod homo potest considerari in statu, aut dignitate: aut simpliciter, non considerata qualitate talis status. Et sic non est mirum si Iudas, vt Apostolus, in confirmationem doctrinæ Catholicæ fecerit miracula in statu dignitatis sui Apostolatus, quando secundū præsentem iustitiam erat bonus, cap. secundum Ecclesiæ. dist. 19.

Ita

4 Ita de Caypha, ratione suæ supremæ dignitatis, cum esset Pontifex anni illius, Ioa. 1. 1. vt dicit textus, dicendum est prophetasse, non tamen dicitur fecisse miracula. 1. q. 1. cap. cum scriptura. Ad Ieroboam preces ignis descendit de cœlo, & rursus precante Elia ignis est missus qui sacrificia consumeret. Datur intelligi quod Deus non merita personarum considerat, sed officia sacerdotum.

Tertio Regum 18. legitur de miraculo quādo ad intercessionem Eliæ Deus immisit ignem de cœlo ad consumendum sacrificium. ibi, aut alibi in editione vulgata non legitur, quod ad preces Ieroboam ignis de cœlo descenderit: sed glōf. dicit, quod legitur in scriptura Septuaginta Interpretum.

Liber autem Iudicum cap. 6. legitur de Ieroboal, qui est Gedeon. neque ad preces Gedeon, aut Ieroboal descendit ignis de cœlo: sed ibi Scriptura dicit, quod ignis ascendit de petra, super quam panes azimi, & carnes positi fuerant, (ministerio Angeli qui loquebatur cum Gedeone) & sic miraculum ab Angelo factum est, non à Ieroboal. Propere ea non est verum, quod homines mali faciant miracula.

7 Ita de Saule Rege vncto à Samuele Propheta de ordine Domini. Quid mirum si inter Prophetas prophetauerit, 1. Regum 10. non legitur tamen fecisse miracula.

8 Ita de Propheta Balaam, Num. 22. cui mandauerat Princeps vt malediceret filijs Israel, cui asina miraculose locuta est ad eum, reprehendendo Prophetam, cap. cum ex iniuncto, de hæreticis. cap. nos si. cap. sequuti sunt 2. quæst. 7. non tamen ipse fecit miraculum.

9 Ita de ficta suscitatione Samuelis ad instantiam

Cayphas prophetauit.

Ieroboam malus rex.

Ieroboal bonus Princeps.

De Saule.

De Balaam.

De suscitatione Samuelis.

I j Regis

Regis Saulis, forsan non per artem magicam Phytomissæ: sed quia instabat mors Saulis, & eius filiorum, & mutatio Regni in personam Davidis, permittit Deus vt suscitaretur Samuel, aut appareret dæmon, siue eius imago, in eius figura ad id prædicendum, vt legitur 1. Regum 28. & refertur 26. qu. 5. cap. nec mirum, & cap. illud 26. quæst. 2. Hæc enim suscitatio, si vera fuit, tribuitur soli voluntati diuinæ, considerato statu Regis Saulis, non vt malus, sed vt Rex vnctus, iuxta distinctiones supra positas.

Ita etiam de malis Christianis, qui vel ratione sue dignitatis & officij, vt sacerdotes, vel quia tempore quo erant boni secundum præsentem iustitiam, fecerunt miracula, & dæmones eiecerunt à corporibus aliorum, virtute diuina: de quibus dicit Christus in personam eorum Matth. 7. *Domine nome in nomine tuo prophetauimus, demonia eiecimus, & virtutes multas fecimus*, & refertur cano. prophetauit 1. quæst. 1.

Magi Pharaonis, vt legitur Exod. 7. non fecerunt vera miracula, quia defecerunt in tertio signo, gloriæ in cap. teneamus, in verbo Magi: sed per artem magicam, virtute dæmonum perfectissimorum in sciencia, & longa experientia. cap. sciendum. cap. quodam loco 26. quæst. 4. ex secretis occultis nature multa signa & miracula fecerunt: sicut & Simon Magus, Actor. 8. & 9. dicto cap. teneamus. sicut legitur etiam de Antichristo. cap. peruenit, de consecrat. dist. 3. Pseudoapostolis & Pseudoprophetis, Matt. 24. vbi dicit Christus dominus, quod dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur etiam electi: & tadem dicit, *Nolite credere*. cap. illud 26. qu. 2. quia

De malis Christianis.

Magi Pharaonis.

Simon Magus.

Antichristus.

Prædium quintum.

quia non sunt vera miracula, sed fictitia. Quare non est simpliciter verum, quod homines malifaciant miracula vera: sed homines sancti & boni, modo quo supra dictum est.

De potestate dæmonum circa miracula.

S V M M A R I V M.

- 1. Prædicum futura.
- 2. Reuelant.
- 3. Illusores.
- 4. Inuasores.

EX allegato cap. sciendum 26. qu. 4. videtur concludi, quod dæmones naturali scientia & longa experientia, & acrimonia, siue acuminis sensus & intellectus, & celeritate motus, sunt doctissimi, multa futura prædicunt, & quandoque cogitationes hominum, siue vigilantium, siue dormientium penetrando, per quædam imaginaria visa, se miscendo, & quæ naturalibus signis futura prænoscent, & futuras tempestates & ægritudines, & quæ ventura sunt in singulis Regnis & Prouincijs, cum polleant etiam naturali scientia Astrologiæ, & astrorum & signorum coelestium qualitates ac influentias noscant, præ omnibus hominibus, etiam in illa arte peritissimis.

2. De quibus cum habeant scientiam, reuelant quæ volunt suis cultoribus, qui cum illis pacta pertractant, eos sæpe fallendo, & studio fallendi, & inuida voluntate, qua hominum errore lætantur: cum sint etiam illusores hominum, atque salutis eorum inuasores,

Prædicunt futura.

Reuelant.

Illusores. Inuasores.

morbos, ac pestilentias immittendo, ac aerē vitian-
do, & morbidum reddendo, Deo sic permittente.
Quandoque falsa, quandoque vera responsa, & sæ-
pissimè dubia & ambigua dant, ad allucinandos &
decipiendos eos homines peruersos & amatores ter-
renorum commodorum, quibus male facta suadet.
Hæc & alia habentur etiam in cap. nec mirum qu. 5.
& cap. illud qu. 2. hac eadem causa 26. Quæ quam-
uis sint mira & admiranda quoad nos, vt dicit Diuus
Thomas, non sunt tamen miracula. Ideo cautè in
inquisitione miraculorum procedendum est, ne fal-
sa pro veris admittantur à Reuerendissimis Domi-
nis Episcopis.

§. xv.

*Canonizationis inter Martyres & Confessores
differentia.*

IN canonizandis sanctis Confessoribus est faciēda
rigida inquisitio, tam circa sanctitatem vitæ, quã
circa miracula. In Martyribus autem, vt præcæ-
teris exponit Hostiensis in summa, de reliq. & vene-
ratio. Sanctor. non est tanta faciēda discussio: sa-
tis est de miraculis inquirere, & de causa propter
quam passi sunt martyrium.

§. xvi.

*Si in omnibus Sanctis canonizatis & canonizandis, sunt
& fuerunt necessaria miracula.*

S V M M A R I V M.

1 Ioannes Baptista non fecit miracula.

2 Facta sunt miracula in natiuitate Ioannis Baptiste.

3 De

3 De sancto Dima latrone.

4 De S. Magdalena.

5 De peccatore conuerso.

6 Sancti canonizandi.

ET licet dixerimus duo necessaria esse ad canoni-
zandum Sanctos, sanctitatem vitæ, & miracula:
de Ioanne tamen Baptista nulla legimus miracula,
vt legitur Ioann. 10. cap. ex iniuncto, de hæret. Ip-
se tamen non eguit canonizatione Papali, cum illū
canonizauerit Christus dominus, dicens. *Inter na-
tos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista, Mat-
thæ. 11. & Lucæ 1. dicit Angelus de Ioanne: Et Spi-
ritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris sue. Iste
puer magnus coram Domino, nam & manus eius cum ip-
so est.* Et quamuis ipse non fecerit miracula, tanta
tamen facta sunt in eius natiuitate, qualia de nullo
alio Sancto leguntur: de sterili natus, acceleratio
rationis, exultare in vtero in aduentu virginis Ma-
riæ Christum in vtero gestantis, sanctificatio eius in
vtero, Angeli apparitio, cuius causa eius pater mu-
tus factus est, restitutio loquutionis, & alia plura.
Quæ miracula erant etiam sufficientia, si non esset
canonizatus, vt canonizaretur.

3 Sunt & aliæ exceptiones valde notandæ in cano-
nizatione Sanctorum. Illa singularis de sancto Di-
ma latrone, de cuius miraculis & sanctitate non so-
lūm non constat, sed potius de delictis, pro quibus
fuit in cruce suspensus, vt legitur Lucæ 23. *Nos qui-
dem iuste, nam digna factis recipimus: hic verò nihil ma-
li gessit.* Ipse tamen Dimas singulari misericordia
& pietate Dei, fuit à Christo etiam canonizatus, di-
cens: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso.*

cano.

*Ioan Baptista non
fecit miracula.*

*Facta sunt mira-
cula in nati-
uitate S. Ioan-
Baptiste.*

*De S. Dima la-
trone.*

De Magdale-
na.

cano. baptisimi vicem, de consecrat. distinct. 4. Singularis est etiam exceptio de Maria Magdalenena, quæ vt inquit Lucas cap. 7. *Erat mulier in ciuitate peccatrix, de qua Christus eiecerat septem demonia,* vt refert idem Lucas cap. 8. tamen quia constat de magno dolore & poenitentia, & de tanta vi lachrymarum, quod meruit rigare pedes Domini, & capillis suis tergere, meruit etiam sanctificari & canonizari à Christo domino, dicente: *Fides tua te saluauit, vade in pace. Et Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.*

De peccatore conuerso.

Singularis est etiam exceptio de quouis peccatore, in personam filij prodigi, Luc. 15. qui postquam viuendo luxuriosè dissipauit substantiam suam, in se reuertens, dixit: *Pater peccati in oculum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus.* Quæ postea pater recepit, & restituit illum in primo statu. *Cito,* inquit, *proferte stolam primam, & induite illam, date anulum in manum eius, & calceamenta in pedibus eius.* Nō quod omnes peccatores, qui à peccatis conuersi vitam æternam consequuntur, canonizandi sint: sed illi tantum qui possunt esse forma & regula cæterorum, qui que in omni ætate vitæ exemplares fuerunt, per allegata & probata præludio 5.

Sancti canonizandi.

De miraculis circa valetudinem corporalem.

S V M M A R I V M.

De sancta Agatha.

Intercedunt Sancti pro vita, salute, & pro alleviatione doloris.

nter

Inter miracula quæ operatur Dominus per intercessionem sancti Ollegarij, & aliorum Sanctorum, non minorem locum tenent illa, quæ sunt circa salutem, & valetudinem corporalem. Quando ægroti, vel infirmi, destituti remedijs naturalibus, aut ea nolunt adhibere, (sicut Agatha dixit Petro miraculose venienti ad curandum vulnera mamillarum suarum: *Medicinam carnalem corpori meo nunquam exhibui: sed dominum Iesum Christum, qui solo sermone restaurat vniuersa*) recurrunt ad inuocationem Sanctorum, vt intercedat pro eis Domino, tam pro vita, de cuius periculo timent, ne moriantur, quam pro recuperanda salute, & pro alleviatione doloris, quo acerrimè torquentur, cõfisi in promissione Domini: *Super ægros manus imponent, & bene habebunt,* Matth. vii. His igitur tribus de causis, scilicet, vita, salute, & alleviatione doloris, recurrunt quam deuotè ad inuocationem Sanctorum, non solum ipsi infirmi & ægroti, sed etiam sui parentes, consanguinei, affines, & amici, vota plura, orationes, & lachrymas ad Deum, per intercessionem Sanctorum, transmittunt.

De S. Agatha.

Intercedunt pro vita, salute, alleviatione doloris

S. XVIII.

Confirmatio prædictorum.

S V M M A R I V M.

- 1 De ulceribus Iob.
- 2 Raphael ad Tobiam.
- 3 Elias reprehendit nuntios Regios.

1 Sic legitur dixisse amicos Iob cap. 5. cum vidissent amicum suum ylcere pessimo plagatum a planta pedis

De ulceribus Iob.

pedis, vsque ad verticem capitis, ac vehemēti dolore oppressum: *Voca ergo si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere.* Et Angelus Raphael dixit ad Tobiam, infirmitate oculorum & cæcitate laborantem, cap. 12. *Quando orabas cū lachrymis, ego Raphael obtuli orationem tuam Deo.* Sic Regius Vates Psalm. 129. dum persequutiones euadere viribus naturæ non poterat, dixit: *Leuaui oculos meos in montes, id est, ad Sanctos, (vt legit glossa) unde veniet auxiliū mihi.* Acriter reprehendit Elias nuntios quos miserat Ocofias Rex Samariæ ad Belzebub Deum Accaron, vt scirent ab eo an ipse Rex moriturus esset ab infirmitate sua, & respondens 4. Regum 1. dixit: *Nunquid non est Deus in Israel, vt eatis ad consulendum Belzebub? quamobrem de lectulo non descendes, sed morte morieris.* Vult igitur Deus, vt ad eum in nostris laboribus & infirmitatibus, per intercessionem Sanctorum, cum magna spe & fide, ac feruenti deuotione recurramus; ad quorum preces multa, ac innumera miracula hominibus contingunt.

§. xviii.

Non omnia miracula fiunt in instanti.

S V M M A R I V M.

- 1 *Quedam miracula fiunt incontinenti.*
- 2 *De puero Centurionis.*
- 3 *Quedam successiue.*
- 4 *Resurrectio pueri Sunamitidis.*
- 5 *Baculus Elisei.*
- 6 *Interpositis dispositionibus.*

Aliqua

- 1 **A**liqua miracula fiunt circa recuperationem salutis statim, tempore imperceptibili, quo casu natura nihil, aut parum iuuat: quale est illud de puero Centurionis Ioann. 4. *Quia heri hora septima reliquit eum febris, quæ erat illa eadem hora, qua dixit Christus: Vade filius tuus viuit.* Aliqua verò miracula fiunt non statim tempore imperceptibili, sed successiue; aliqua interposita temporis mora, quasi mediantibus, & antecedentibus dispositionibus: vt
- 2 legitur 4. Regum 4. vbi Eliseus in resurrectione pueri filij Sunamitidis, cum nihil sibi profuisset baculus missus per manus Giezi, venit Propheta, & cum se incuruasset, & orasset ad Dominum, & posuisset os suum super os pueri mortui, manus super manus, & iterum se incuruasset, inquit sacer contextus, quod primò calefacta est caro pueri, & postea Propheta ambulabat in domo semel huc atque illuc, & iterū se incuruauit super puerum: cum oscitasset puer septies, interposita mora inter oscitationes, & postea aperuisset oculos, tandem surrexit puer. Si in resurrectione pueri mortui miraculum factum fuit interpositis dispositionibus calefactionis carnis, septem oscitationum, & apertionis oculorum? quid mirum si plura miracula recuperationis salutis fiant nō statim, tempore imperceptibili, sed interpositis ali-
- 3 quibus dispositionibus, & adiumentis naturæ. Imo
- 4 adhibitis aliquibus remedijs, si talia miracula fiant per intercessionem Sanctorum, non propterea desinunt esse miracula, etiam si virtute naturali nobis incognita fieri possent.

§. xx.

Non semper Deus operatur miracula in instanti.

K j

SVM-

Raphael ad Tobiam.

Elias reprehendit nuntios Regis.

Deus vult.

Quedam miracula fiunt incontinenti.

De puero Centurionis.

Quedam successiue.

Resurrectio pueri Sunamitidis. Baculus Elisei.

Interpositis dispositionibus.

S V M M A R I V M

- 1 Deus in instanti facit miracula
- 2 Languidus probaticæ piscine.
- 3 Naim resurrectio.
- 4 Media rerum, aut personarum.
- 5 Seruato ordine naturæ.
- 6 Cæcus à natiuitate illuminatur.

Deus in instanti facit miracula.

Languidus probaticæ piscine.

Naim resurrectio.

Media rerum personarum.

Seruato ordine naturæ.

Cæcus à natiuitate illuminatur.

Deus ad talia miracula perpetranda non indiget 1
remedijs, aut interpositione temporis, aut mo- 2
ræ, sed in instanti: vt legitur de languido probaticæ 3
piscinæ, qui, vt inquit Ioann. cap. 5. statim sanus fa- 4
ctus est. Et de filio viduæ ciuitatis Naim, Lucæ 7. 5
quem suscitauit in instanti, finitis verbis. *Adolescens 6*
tibi dico, surge. Aliquando interponit in alijs mira-
culosis operibus media rerum, aut personarum: vt si
illa operetur aliquatenus seruato ordine naturæ in
interpositione dispositionum materiæ, aut persona-
rum, angelorum, aut hominum, qui operantur in
tempore, & non in instanti, sicut Deus, Ioa. 9. Chri-
stus ad illuminandum cæcum à natiuitate fecit lu-
tum ex sputo & puluere, quo linuit oculos cæci, ne-
que propter hæc præparatoria visum recepit, sed il-
lum misit ad natatoria Siloe, vt ibi se lauaret; lauit
se, & postea vidit: ommissis rationibus, & causis my-
steriorum, dico, quod Christus dominus vnico ver-
bo in instanti, absque vlla præexistente præparatio-
ne luti ex puluere & sputo, & absque vlla lo-
tione poterat cæcum illumi-
nare.

S. XXI.

Exemplum Christi ad facienda miracula.

S V M M A R I V M.

- 1 Vtuntur Sancti medijs.
- 2 Iecor piscis, & felle.
- 3 Tobias cæcus.
- 4 Recepit visum.
- 5 Regis Ezechiæ.
- 6 Horologium solare.

TAmen voluit hæc adhibere, scilicet lutum, & lo-
tionem, ad docendum nos quod aliquando Sã-
cti facturi sunt, adhibendo aliqua media & tempo-
ris interualla, & moras ad facienda miracula: vt a-
quam sanctam sale aspersam, cap. aquam sale, de
consecrat. distinct. 3. oleum lampadarum, aliqua si-
gna crucis, exorcisma, lectionem Euangeliorum, &
orationum, & sanctas reliquias: & alia similia. Si-
cut Moyse vsus est virga ad talia & tanta facienda
miracula, Exod. 14. Angelus Raphael vsus est ieco-
re piscis ad fugandum demonem, & vsus est felle ad
liniendos oculos cæci Tobie ad visum recuperan-
dum, Tobie 6. & quod non propterea desinunt esse
miracula, si Deus ea operatur per intercessionem
Sanctorum, non in instanti, & statim, sed successiue.
Lege exemplum de Tobia, qui non statim recepit
visum, sed post dimidiam horam postquam liniti
sunt eius oculi felle piscis, cœpit albugo ex oculis
eius egredi, & visum recepit postea, quemadmodum
legitur de Paulo, Actorum 9. Lege in fauorem Re-

Vtuntur Sancti
medijs.

Iecor piscis, &
felle.

Tobias cæcus.

Recepit visum.

Regis Ezechie, gis Ezechiæ aliud exemplum admirabilis miraculi 5
de recuperatione vitæ, & salutis ad annos quindecim, quod operatus est Dominus per Isaiam Prophetam, 4. Regum 20. cui cum dixisset Dominus: *Propter me, & propter David seruum meum audiui orationem tuam, & vidi lachrymam tuam, & ecce sanavi te die tertio ascendens ad templum Domini.* Dixitque Isaias: *Afferte massam sicorum, quam cum attulisset, & posuisset super vlcus eius curatus est: in cuius miraculi confirmationem Isaias fecit retrocedere & reuertere retrorsum horologium Solare decem gradibus.* Aduerte in hoc miraculo intercessionem Sanctorum Dauidis, & Isaiæ, & applicationem massæ sicorum, quæ sunt remedia naturalia.

Horologium Solare.

§. XXII.

Redemptio generis humani est miraculum.

Quodnam exemplum aptius potest adduci in consequentiam, quam Deus omnipotens, qui sola voluntate, aut solo verbo poterat redimere, reparare, & sanare genus humanum (D. Thom. 3. part. qu. 45. ferè per omnes articulos) & facere hoc miraculum, quod viribus naturæ erat impossibile, cum superet, & sit supra ordinem totius naturæ creatæ: hoc non in instanti perfecit, sed spatio triginta trium annorum: non vna lachryma tantum, aut vna gutta sanguinis, (sicut poterat, extrauaga. vnigenitus, de poenit. & remiss.) aut simplici martyrio, sed crudeliori, & ignobiliori, cum scandalo crucis: in qua tadem factum est miraculum miraculorum, argum. cap. quia corpus. cap. semel, de consecr. dist. 2.

§. XXIII.

§. XXIII.

Quare differuntur & prolongantur miracula.

S V M M A R I V M.

Causæ differendi miracula circa valetudinem infirmorum ad salutem spiritualem.

Miracula igitur quæ sunt per intercessionem Sanctorum, circa recuperandam salutem corporalem, sapientissime differuntur per aliqua temporum intervalla, vt hisce temporum intervallis infirmus inflammetur maiori fide, spe, ac deuotione, recognoscendo præteritam vitam, cum firmo proposito emendandi eam, causas & occasiones peccandi fugiendo. Interim & sæpius confitendo peccata, sacramentumque Communionis maiori deuotione, & frequentia suscipiendo; quæ causæ differendi miracula sunt valde opportunæ, & conuenienter interpositæ, antequam infirmus perfectam recuperet valetudinem, quam alias viribus naturæ, vt retulerunt Medici, erat moraliter impossibile recuperare: cum Medici dixerint infirmum moriturum, & quod solus Deus eam valetudinem infirmo præstare posset.

Et quoniam de Miraculis in genere dictum est, ratio doctrinæ postulabat vt diceremus de miraculis per intercessionem sancti Ollegarij factis, de quibus latius in libro quem edidi de eius vita & miraculis: hoc tamen vnum proponam.

§. XXIII.

Insigne miraculum sancti Ollegarij.

S V M M A R I V M.

Causa differendi miracula circa valetudinem infirmorum, ad salutem spiritualem.

S V M M A R I V M.

- 1 Sanctus Vincentius Ferrer de sancto Ollegario recitat miraculum.
- 2 Sanctus Ollegarius.
- 3 Admiranda poenitentia pro leui maledictione venti.
- 4 Reclusio perpetua.
- 5 Signum magnæ sanctitatis, & amicitiae Dei.
- 6 Admiratio.

HOC miraculo Deus voluit honorare sanctum Ollegarium in vita, quod scribit sanctus Vincentius Ferrer in sermone de sancto Ioanne Evangelista in festo eiusdem, quod dicitur ante Portam Latinam in 2. col. sic loquitur de sancto Ollegario. Recitetur hic miraculum de sancto Aulaguerio episcopo, qui cum descendisset in mari de uno loco, indignatus est de magno vento, maledixit vento. Propter quod de hoc habens magnam conscientiam, inclusit se in quadam cella, & fecit projicere clauem in mari, promittens se nunquam inde exire, quousque illa clavis inueniretur, & in hoc cognosceret se remissionem habuisse de peccato. Post annum vero quidam piscator presentauit sibi piscem unum, in cuius ventre inuenta est clavis cum aperiretur.

In cuius lectura tria sunt notatu dignissima. Primo, quod S. Vincentius Ferrer absque vlla hæsitacione nostrum Archiepiscopum Ollegarium in dicta concione habita in ciuitate Valentina ad plebē, appellat Sanctus.

Secundò, est consideranda, & potiùs admiranda poenitentia pro peccato (vt vulgò fertur) leui, pro maledictione venti in casu tantæ molestiæ a vento sibi

*Sanctus Vincē-
rius Ferrer de
S Ollegario reci-
tat miraculū.*

S Ollegarius.

*Admiranda pe-
nitentia prole-
uē maledictio-
ne venti.*

- sibi illatæ, in repentina occasione, quæ potuit esse sine peccato, saltem mortali, in primo iracundiæ motu. Certum tamen est hanc maledictionem veni non prodijisse ex cogitata malitia, sed vt dictum est in primo motu; qui (vt dicunt Theologi) nõ est in homine. Quare pro culpa tan leui admiranda est poenitentia reclusionis perpetuæ in cella nunquam aperienda, nisi interueniente miraculo: naturaliter enim & moraliter impossibile videtur clauem proiectam in mari inueniri a non quærente.
- 4 Tertio, super omnia prædicta aduertendum est miraculum a solo Deo absque alicuius instantia, & petitione factum, in signum magnæ sanctitatis, & amicitiae, quæ Deus omnipotens prosequitur suum S. Ollegarium.
- 5 Si tale & tantum miraculum præstitit Deus viuente S. Ollegario, quid mirum si tot, tantaq. miracula patretur Deus post eius mortem? postquam inter agmina coelestium spirituum pro nobis rogat?

*Reclusio perpe-
tua.*

*Signum magne
sanctitatis, &
amicitiæ Dei.*

Admiratio.

SEXTVM PRAELVDIVM.

De diuisione huius operis.



ASOLVTIS quinque prælijs cum digressionibus, ad sextum & vltimum, in quo de diuisione huius operis deuenio: quæ ad primam partem pertinent hoc ordine disposuimus.

Prælium primum. De S. Ollegarij vita.

Prælium secundum. De frequentatione facili S. Ollegarij.

*Prælium 1^o
Prælium 2^o*

Præli-

Præludium 3. Præludium tertium. De causis & rationibus quibus Author motus tractatum hunc composuit.

Præludium 4. Præludium quartum. Quibus & quot modis dicitur Sanctus & Beatus, Sanctitas & Beatitudo, cum octo distinctis paragraphis.

Digressio. Sub hoc Præludio sequitur Digressio, Si per canonizationem acquiritur Sanctis maior gloria, cum alijs octo distinctis paragraphis.

Præludium 5. Præludium quintum. De requisitis in canonizatione Sanctorum, cum quinque distinctis paragraphis.

Quid sit canonizatio. Sub hoc Præludio sequitur Digressio, Quid sit canonizatio, cum quatuor paragraphis.

De splendorib. Sanctorum. Item Digressio, De splendoribus Sanctorum, cum decem paragraphis.

De eleuatione corporum Sanctorum. Item alia Digressio, De eleuatione corporum Sanctorum, cum tribus paragraphis.

De miraculis. Item alia Digressio, De miraculis, cum viginti quatuor distinctis paragraphis.

Præludium 6. Præludium sextum. De diuisione huius operis.

Secunda pars continet duodecim Capitula, cum suis Digressionibus, & Epilogo.

Caput primum. Caput primum, duobus paragraphis distinctum.

Primo, An sanctus Ollegarius floruerit & obierit tempore quo erat licitum Episcopis Sanctos canonizare.

Secundo paragrapho, quo examinantur iura, & Doctores de quo Concilio Lateranensi intelliguntur.

Caput 2. Caput secundum. An aliquo tempore licuerit Episcopis Sanctos canonizare, cum duodecim distinctis paragraphis.

Sub

Sub hoc capitulo continetur digressio de aduentu, & peregrinatione sancti Iacobi maioris ad prædicandum Euangelium in Regnis Hispaniarum, cum duodecim distinctis paragraphis.

Item sub hoc capitulo secundo sequitur alia digressio, si fuit factum præceptum Apostolis ne discederent à Iudæa ante cōuersionem Iudæorum per annos duodecim.

Post has digressiones continuatur disputatio, an aliquo tempore licuerit Episcopis Sanctos canonizare, per tres paragraphos.

Caput tertium. Rationes ad probandum licuisse Episcopis Sanctos canonizare, cum duodecim rationibus.

Caput quartum. Quomodo Episcopi succedunt in locum Apostolorum, vt possint Sanctos canonizare: quomodo Apostoli sunt pares Petro, & quomodo Petrus est maior, & Prælatus omnium Apostolorum & Episcoporum, cum duodecim distinctis paragraphis.

Caput quintum. Quod in canonizatione Sanctorum Capitulum & Canonici fuerunt & sunt necessarij consiliarij Episcoporum, & quod domini Cardinales assistunt Sanctis. D. N. Papæ, sicut Apostoli assistunt Christo domino, cum distinctis triginta quinque paragraphis.

Caput sextum. An ex parte S. Ollegarij adessent rationes & causæ vt mereretur canonizari aut beatificari, cum nouem paragraphis.

Caput septimum. An constet de canonizatione, aut beatificatione sancti Ollegarij, & an appareant signa & inditia canonizationis & beatificationis illius, cum viginti quinque distinctis paragraphis.

L j Caput

Caput 8 Caput octauum . De enuntiatuius sanctitatis , ca-
nonizationis, seu beatificationis sancti Ollegarij,
cum tribus paragraphis.

Caput 9 Caput nonum . De titulo præsumpto canoniza-
tionis, seu beatificationis sancti Ollegarij, cū qua-
tuor distinctis paragraphis.

Caput 10 Caput decimum , quo solvuntur argumenta qui-
bus potest dubitari an sanctus Ollegarius sit canoni-
zatus aut beatificatus, cum quinque distinctis para-
graphis.

Caput 11 Caput vndecimum . Suppositis prædictis indi-
tijs, rationibus, & signis super sanctitate sancti Ol-
legarij, an liceat non venerari sanctum Ollegariū.

Caput 12 Caput duodecimum, cum septem paragraphis,
An septem honores Sanctorum tribuantur beato
Ollegario.

*Singularis Di-
gressio.* Digressio super hoc capitulo, qua contra hæreti-
cos nostri temporis probamus Romanum Pontifi-
cem posse Sanctos canonizare, eius iudicium esse
certum & infallibile, & ideo non posse errare in ca-
nonizatione Sanctorum, & in alijs pertinentibus
ad fidem pro fidelium instructione & directione,
cum 21. distinctis paragraphis.

Epilogus totius operis.

Quæ ad laudem & gloriam omnipotentis Dei præ-
mitto, ad excitandam & augendam deuotionem fi-
delium deuotorum sancti Ollegarij, vt omnes vno
ore, cordiq. affectu mereamur per merita eiusdem
à Sanctiss. D. N. Papa obtinere huius sanctissimi viri
generalem canonizationem, quippe qui particula-
rem per Episcopos illorum temporum factam esse
credimus.

DE
**CANONIZATIONE
 SANCTORVM**

In honorem Beati Ollegarij.

Pars altera.

CAPVT PRIMVM.

**An sanctus Ollegarius floruerit & obie-
 rit tempore quo erat licitum Episco-
 pis Sanctos canonizare &
 beatificare.**

S V M M A R I V M.

- 1 **C** *Vius est canonizare.*
- 2 *Quilibet Episcopus potuit Sanctum canonizare
 in sua diocesi.*
- 3 *Alexander III. & Innocentius III. reseruarunt
 actum canonizationis.*
- 4 *Alexander III. de anno 1179.*
- 5 *Schisma.*
- 6 *Innocentius III. de anno 1214.*
- 7 *Sanctus Ollegarius obiit de anno 1136.*
- 8 *Actus canonizationis reseruatus fuit.*



NLLVSTRISSIMVS ac Reuerendissimus Cardinalis Bellarminus tomo 2. de beatitudine & canonizatione Sanctorum cap. 8. 4. controuers. de Eccles. triumph. lib. 1. inquit cuius sit canonizare: & responder, prout de iure, &

Cuius est canonizare.

antequam Papa reseruauerit sibi actum canonizationis, quilibet Episcopus poterat canonizare Sanctum in sua diocesi.

Quilibet Episcopus in sua diocesi.

Reseruatio canonizationis Sanctorum.

Item affirmat, quod Alexander Tertius, & postea Innocentius Tertius reseruauerunt sibi hunc actum canonizationis Sanctorum, & citat cap. 1. & 2. de reliquijs & ueneratio. Sancto. & quod ante eos non inuenitur canonizationis & beatificationis actus reseruatus.

Alexander III.

Sedebat in sede Pontificali Alexander Tertius, secundum communem computationem, de anno 1159. reseruatio canonizationis Sanctorum non fuit facta statim, propter schisma, quod durauit per annos ferè quinque, inter dictum Alexandrum Tertium canonicè electum, & Victorem Quintum Antipapam: imo d. cap. 1. de reliq. & ueneratione Sanctor. sumptum fuit ex Concilio Lateranensi de anno 1179. sub Alexandro Tertio: dictus uero Alexander sedit annos 22. in circa.

Schisma.

Innocent. III.

Innocentius uero Tertius sedebat de anno 1198. & sedit annos 18. reseruationem uero fecit de anno 1214. prout constat ex cap. 2. de reliq. & ueneratione Sanctor. quod desumptum fuit ex alio Concilio Lateranensi de dicto anno 1214. sub Innocentio Tertio.

Sanctus uero Ollegarius floruit multo ante celebrationem

Nulli

brationem

brationem dictorum Conciliorum, ut constat ex eius uita: quia obiit 6. Martij 1136. & sic clarum, certum, & indubitatum est sanctum Ollegarium obiisse multis annis ante electionem Innocentij, qui reseruauit actum canonizationis Sanctorum de anno 1214. septuaginta octo annos post obitum sancti Ollegarij. A computatione uero Alexandri Tertij, triginta tres annos post obitum eiusdem sancti Ollegarij. Ergo fieri potuit, ut Episcopus Barcinonensis, aut Archiepiscopus Tarraconensis dictum sanctum Ollegarium canonizauerit, aut saltem beatificauerit, tempore habili, & non prohibito Episcopis ad canonizandum & beatificandum Sanctos.

Obitus S. Ollegarij.

Quando non erat reseruata canonizatio.

S. II.

Iura & Doctores de quo Concilio Lateranense intelliguntur.

S V M M A R I V M.

- 1 Tria Concilia generalia Lateranensia.
- 2 Rebuffus.
- 3 Sub Innocentio Tertio.
- 4 Duo Patriarche.
- 5 Septuaginta Archiepiscopi.
- 6 Quadringenti & duodecim Episcopi.
- 7 Octingenti Abbates & Priores.
- 8 Oratores Regum & Imperatorum.
- 9 Cap. de multa, de prebendis.
- 10 De decimis.
- 11 Cap. aduersus, de immunitate Eccles.
- 12 Contra imponentes tallias & gabellas Ecclesie.
- 13 Ne Prelati extorqueant à suis subditis.

Quia

Quia verò in hoc tractatu sapè de his duobus Cõ
cilijs generalibus Lateranensibus dicturus sum,
ex quibus emanauit inhibitiõ & reseruatõ canoni-
zationis Sanctõrum, quæ ad solum summum Pon-
tificem in posterum pertineret. Et vltra hæc duo
sunt & alia Lateranensia Concilia generalia, non e-
rit inutile differentiam inter ista Concilia assignare,
& breuiter discutere de quo loquantur iura, & Do-
ctores, quando in singulari loquuntur de generali
Concilio Lateranensi. Rebuffus in Procemio con-
cordatorum allegat plura iura & Doctores de mul-
tiplici Concilio Lateranensi: sed ista duo sub Alexã
dro Tertio, & Innocentio Tertio dicit esse magis ge-
neralia. De vltimo verò sub Innocentio Tertio lo-
quuntur iura & Doctores, & per antonomasiam di-
centes Concilium generale, intelligunt Concilium
Lateranense sub Innocentio Tertio: quia nullum al-
liud fuit Concilium tam generale, in quo interfue-
runt duo Patriarchæ, Hierosolymitanus & Constan-
tinopolitanus, & septuaginta Archiepiscopi Metro-
politani, & magna multitudo Episcoporum nume-
ro quadringentorum & duodecim, & duplo maior
numerus Abbatum & Priorum, videlicet octingenti
& vltra, & vtriusque Imperij Græci & Latini Lega-
ti, Oratores verò multorum Regum ibi interfuerunt,
vt ex Hispania, Gallia, Ierusalem, Anglia, Cypro,
& aliorum Principum Christianorum. De hoc Cõ-
cilio loquitur famosam illud cap. de multa, de præ-
ben. cum tribus sequentibus cap. vbi de incompati-
bilitate dignitatum & beneficiorum curam anima-
rum habentium agitur, quæ dignis, & non indignis
conferenda mandat, Rectoribusque congruam por-
tionem assignari. De decimis q. mirifice statuit. Et

Tria Cõcilia ge-
neralia Latera-
nensia,

Rebuffus.

Sub Innocentio
Tertio.

Duo Patriar-
cha.

Septuaginta Ar-
chiepiscopi.

Quadringenti et
duodecim Epi-
scopi.

Octingenti Ab-
bates & Prio-
res.

Oratores Regũ,
& Imperatorũ.

Cap. de multa,
de præben.

De decimis.

1

2.

3.

4.

5

6

7

8

9

10

vt vno

vt vno verbo dicam, in nullo alio Concilio tanta &
tam grauiã decreta sunt, qualia in hoc Concilio. Et
11 in cap. aduersus, de immunit. Eccles. ex eodem La-
teranensi Concilio decernitur, ne Consules & Re-
12 ctiores ciuitatum tallias & exactiones imponant &
exigant ab Ecclesijs & ab Ecclesiasticis personis. Et
13 in sequenti cap. ne Prælati extorqueant à subditis
plus debito, prætextu procurationis, aut alias. Ti-
tulo de electione lege quatuor capita notabi-
lia. Ne pro defectu, cum tribus sequen-
tibus. Lege etiam Platinam in
vita Alexandri II. in
confirmationem
nostram.

Cap. aduersus,
de immunitate
Eccles.

Contra imponē
tes tallias & ga-
bellas Ecclesiæ.
Ne Prælati ex-
torqueant a suis
subditis.

CAPVT SECVNDVM.

An aliquo tempore licuerit Episcopis
Sanctos canonizare.

SVMMARIVM.

- 1 Quilibet Episcopus potest Sanctos canonizare.
- 2 Enumerantur dies Sanctõrum festi, qui in vniuersa salu
Ecclesia venerantur.
- 3 Festiuitates particulares, quas singuli Episcopi collau-
dauerint.
- 4 Solemnitates, quas singuli Episcopi duxerint vene-
randas.
- 5 Auctoritas scripturarum.

M j

In



IN confirmationem doctrinae Illustrissimi Cardinalis Bellarmini in dicto cap. 8. (quamvis de ea dabitur non sit) quod antequam Papa reseruauerit sibi actum canonizationis Sanctorum, poterat quilibet Episcopus in sua dioecesi

Canonizare potest Episcopus.

Enumerantur festiuitates.

Festiuitates Sanctorum.

Episcopi in sua dioecesi.

Sanctum canonizare: induco textum de iure communi antiquiori in cap. 1. de consecratio. dist. 3. quo loco enumerantur dies Sanctorum festi, in quibus ferriandum est in honorem & memoriam Dei & Sanctorum: & enumeratis festiuitatibus in honore Dei, beatissimae virginis Mariae, sanctorum Apostolorum, Euangelistarum, Martyrum, & Confessorum, ac sanctarum Virginum, quas festiuitates vniuersa celebrat Ecclesia, expressè leguntur haec verba. *Et illae festiuitates celebrentur, quas singuli Episcopi in suis Episcopatibus cum populo collaudauerint, quae vicinis tantum circummorantibus indicendae sunt, non generaliter omnibus.* Ex quibus verbis manifestè patet ante reservationem factam à Papa de canonizatione Sanctorum licuisse, & prohibitum non fuisse Episcopis Sanctos canonizare in sua dioecesi. Quam sententiam tenuit excellentissimus Canonista Bernardus in d.c. pronuntiandum, de consecra. dist. 3.

Confirmatio.

Item induco textum in cap. conquestus, de feriis, ubi eadem ferè verba leguntur sub hoc tenore. *Ceterisque solemnitatibus, quas singuli Episcopi in suis dioecibus cum clero & populo duxerint solemniter venerandas.*

Alia confirmatio.

Item induco textum in cap. Catholica Ecclesia, dist. 11. quo loco dicitur, quod quicquid in Catholica Ecclesia tenetur, aut est auctoritas scripturarum, aut

Caput
secundum

Sanctorum.

89

aut traditio vniuersalis, aut certè propria & particularis Ecclesiae institutio. Ergo licet Ecclesiae particulari, & Episcopo eius capituli canonizare in sua dioecesi.

§. II.

Sancti canonizati ex sacra Scriptura.

S V M M A R I V M.

1 Ex veteri Testamento.

2 Ex nouo.

SANCTOS canonizatos auctoritate sacrarum Scripturarum in utroque Testamento plures enumerat Illustrissimus Bellarminus, versic. His ergo praemissis in dicto cap. 7. & Vualdensis in cap. 126. nu. 4. & cap. 127. nu. 3. de Sanctis canonizandis: vt ex veteri Testamento enumeramus Abel, Enoc, Noe, Abraham, Isaac, Iacob, Moysen, Aaron, Phinees, Iosue, Caleb, Samuelem, Dauidem, Heliam, Elifaeum, Machabæos, & alios.

Ex veteri Testamento.

2 Ex nouo Testamento, sanctus Ioannes Baptista. *Inter natos mulierum non surrexit maior. Iste puer magnus coram Domino,* Matth. 11. In actis Apostolorum enumerantur Stephanus, Iacobus maior, Petrus, & Paulus, Barnabas, Silla, & alij.

Ex nouo.

§. III.

Sancti canonizati ex canone Missae.

IN canone Missae virgo Maria sanctissima, duodecim Apostoli Petrus, & Paulus, Andreas, Iacobus, & Ioannes, Thomas, Iacobus, & Philippus,

M ij

Bartho-

Bartholomæus, & Matthæus, Simon, & Thadæus. Sequuntur postea duodecim Martyres, Linus, Cletus, Clemens, Sixtus, Cornelius, Cyprianus, Laurentius, Gryfognus, Ioannes, & Paulus, Cosmas, Damianus: qui enumerantur ante consecrationem. Post consecrationem verò ex veteri testamēto enumerantur tres, Abel, Abrahā, & Melchisedech Confessores. Et cōsequenter canonizantur octo alij sancti Martyres ex nouo Testamēto, Ioānes, Stephanus, Matthias, Barnabas, Ignatius, Alexander, Marcellinus, & Petrus. Deinde canonizantur, & enumerantur mulieres septem, quarum due sunt continentes Martyres, Felicitas, & Perpetua: deinde sequuntur quinque virgines, & martyres, Agatha, Lucia, Agnes, Cecilia, & Anastasia.

§. IIII.

Sancti canonizati iniure, in Litanijs, Calendario, & Martyrologio.

S V M M A R I V M

- 1 Iniure.
- 2 In Litanijs.
- 3 In Calendario.
- 4 In Martyrologio.

IN iure verò canonico, videlicet in cap. gloriosus, de reliq. & veneratio. Sanctor. lib. 6. enumerantur idem duodecim Apostoli, quatuor Euangelistæ, & quatuor Ecclesiæ Doctores, Gregorius, Ambrosius, Augustinus, & Hieronymus, quos Ecclesia mandat celebrari cum officio duplici.

Canonizati censentur etiam Sancti in Litanijs descripti.

Sunt

- 3 Sunt etiam canonizati omnes Sancti descripti in Calendario mensium Breuiarij, & Missalis Romani.
- 4 Multitudo magna Sanctorum in Martyrologio Romano descriptorum, non omnes censentur canonizati. Sunt tamen beati: nisi sint de numero supra enumeratorum in Litanijs, aut Calendario, quos refert Assor cap. 6. lib. 5. 2. p. in vers. quarto quæritur.

§. v.

Sancti canonizati ab vniuersali Ecclesia.

S V M M A R I V M.

- 1 Martyres antiquiores.
- 2 Confessores antiquiores.
- 3 Leo Tertius primus canonizauit Sanctos.

DE Sanctis autem, quos vniuersalis Ecclesia colit, quos non constat esse ab aliquo Romano Pontifice canonizatos: sed sola acceptatione, aut consuetudine immemoriali, tacita approbatione Ecclesiæ vniuersalis, & Romanorum Pontificum, scribit idem Bellarminus dicto cap. 8. quales sunt martyres antiquiores, (vltra descriptos in canone Missæ) vt Apollinarius, Policarpus, Vincentius, & Anastasius, Athanasius, Geruasius, & Prothasius, Tecla, Eulalia, Apollonia, & plures alij martyres. Confessorum autem in canone Missæ nullus apponitur, præter prædictos Abel, Abraham, & Melchisedech, etiam si antiquissimi Sancti sint, vt Martha, Magdalena, Petronilla, Potentiana, Paulus primus Heremita, Antonius, Martinus, & alij, de quorum sanctitate,

Martyres antiquiores.

Confessores antiquiores.

In iure.

In Litanijs.

ctitate, beatificatione, & canonizatione nullus unquam dubitauit: & tamen non constat fuisse ab aliquo summo Pontifice canonizatos, cum constet eos pro Sanctis coli, & ab omnibus Christi fidelibus venerari, etiam ab vniuersali Ecclesia: de quibus interpretatiuè loquitur Ecclesiasticus cap. 44. *Sapientiam Sanctorum narrent populi, & laudem eorū annuntiet Ecclesia.* Qui venerantur tanquam Sancti, ante Leonem Tertium circa annos Domini 796. qui (vt scribit idem Bellarminus) fuit prior inter Romanos Pontifices qui solemniter canonizauit Sanctos.

Leo Tertius primus canonizauit Sanctos,

§. VI.
Canonizati à Romano Pontifice:

DE Sanctis autem à Romano Pontifice canonizatis, idem Cardinalis scribit eodem capit. 8. quales sunt Suibertus, ad instantiam Caroli Magni primo canonizatus à dicto Leone Tertio, Hugo Gratianopolis, & alij quamplures: quorum nomina, & aliorum, vsque in presentem diem, & à quo Pontifice, & de quo anno canonizatorum, placuit hic inferere in gratiam Lectoris.



CATALOGVS
SANCTORVM
CANONIZATORVM
a Romano Pontifice, iuxta ritum S. Romanæ Ecclesiæ.

- S. Sanctus Suibertus Episcopus Vuerdensis fuit canonizatus à Leone Tertio 1. Martij 803.
S. Vdalricus Vindelicorum Episcopus, à Ioanne Decimo quinto anno 993.
S. Simeon Monachus Treuerensis, a Benedicto Nono 1. Junij circa annos 1035.
S. Stephanus primus Vngarorum Rex, & S. Emericus eius filius, à Benedicto Nono 4. Nouëbris 1036.
S. Vuolfangus Ratisponæ Episcopus, à Leone Nono 31. Octobris 1049.
S. Gerardus Episcopus Tullensis, à Leone Nono 23. Aprilis 1052.
S. Atrilanus Episcopus Zamorensis, ab Urbano Secundo 5. Octobris 1088.
S. Hugo Gratianopolitanus, ab Innocentio Secundo 1. Aprilis 1130.
S. Eduardus Anglorum Rex, ab Alexandro Tertio 5. Ianuarij 1163.
S. Bernardus Claræuallensis Abbas, ab Alexandro Tertio 1164.
S. Thomas Cantuariensis Episcopus & martyr, ab Alexandro Tertio 29. Decembris 1172.
S. Galga-

- S. Galganus Eremita, ab Alexandro Tertio 3. Decembris 1181.
 S. Bruno Cassinensis, à Lucio Tertio 1183.
 S. Otho Episcopus Bambergensis, à Clemente Tertio 1188.
 S. Ladislaus Vngarorum Rex, à Celestino Tertio 27. Iunij 1191.
 S. Homobonus Cremonensis, ab Innocentio Tertio 13. Nouembris 1198.
 S. Procopius Boemus, ab Innocentio Tertio 1204.
 S. Laurentius Episcopus Dublinensis, ab Honorio Tertio 1226.
 S. Hugo Burgundus, ab Honorio Tertio 1227.
 S. Franciscus Assisiensis, à Gregorio Nono 4. Octobris 1228.
 S. Antonius Lusitanus dictus de Padua, à Gregorio Nono 1232.
 S. Dominicus, à Gregorio Nono 1234.
 S. Elisabeth vidua, à Gregorio Nono 1235.
 S. Cunegundis virgo, ab Innocentio Quarto 1244.
 S. Edimundus Archiepiscopus Cantuariensis, ab Innocentio Quarto 16. Nouembris 1248.
 S. Vuillelmus Episcopus Briocensis, ab Innocentio Quarto 29. Iulij 1253.
 S. Petrus Martyr Veronensis, ab Innocentio Quarto 1253.
 S. Stanislaus Martyr Episcopus Craconiensis, ab Innocentio Quarto 11. Martij 1253.
 S. Clara virgo Assisiensis, ab Alexandro Quarto 12. Augusti 1255.
 S. Ricardus Episcopus Ciceffrensis in Anglia, ab Urbano Quarto 3. Aprilis 1261.
 S. Heduigis Poloniae Ducissa, à Clemente Quarto 15. Octo-

15. Octobris 1267.
 S. Ludouicus Francorum Rex, à Bonifatio Octauo 1296.
 S. Petrus de Morono Papa Celestinus Quintus, à Clemente Quinto 19. Maij 1313.
 S. Ludouicus Episcopus Tolosanus, à Ioanne Vigesimo secundo 19. Augusti 1316.
 S. Thomas de Cantalupo Episcopus Herphordien-
 sis, à Ioanne Vigesimo secundo 1320.
 S. Thomas de Aquino, à Ioanne Vigesimo secundo 7. Martij 1323.
 S. Iuo Presbyter Britannus, à Clemente Sexto 19. Maij 1348.
 S. Catherina virgo filia S. Brigidae, ab Urbano Sexto 22. Martij 1378.
 S. Brigida, à Bonifacio Nono 7. Octobris 1390.
 S. Nicolaus Tolentinus, ab Eugenio Quarto 1446.
 S. Bellinus Episcopus Patavinus martyr, ab Eugenio Quarto 26. Nouembris 1446.
 S. Bernardinus Senensis, à Nicolao Quinto 1450.
 S. Vincentius Ferrerius Valentinus, à Calixto Tertio 1455.
 S. Osmundus Anglus, à Calixto Tertio 1456.
 S. Catherina Senensis monialis, à Pio Secundo 29. Aprilis 1461.
 S. Albertus Carmelita, à Sixto Quarto 30. Maij anno 1476.
 SS. Bernardus, Petrus, Otho, Accursius, & Adintus martyres Franciscani, à Sixto Quarto 1481.
 S. Bonaventura Franciscanus, à Sixto Quarto 1482.
 S. Leopoldus Austriae Dux, ab Innoc. Octauo 1490.
 S. Bruno Primus Cartusianus, à Leone Decimo 6. Octobris 1514.

- S. Franciscus de Paula primus Minimorum, à Leone Decimo 1519.
 S. Beño Episcopus Misnensis, ab Adriano Sexto 1523.
 S. Antoninus Archiepiscopus Florentinus, ab Adriano Sexto 1523.
 S. Didacus Complutensis Fraciscanus, à Sixto Quinto 1588.
 S. Hiacynthus Polonus Dominicanus, à Clemente Octauo 1594.
 S. Raymundus de Penyafort, à Clemente Octauo 29. Aprilis 1601.
 S. Francisca Romana, à Paulo Quinto 29. Maij anno 1608.
 S. Carolus Borromæus Cardinalis & Archiepiscopus Mediolanensis, à Paulo Quinto 1610.

§. VII.

Canonizatio particularium Episcoporum.

S V M M A R I V M.

- 1 Ignorantur nomina plurium Sanctorum.
- 2 Sancti proprij.

DE Sanctis verò canonizatis à particularibus Episcopis scribit idem Illustrissimus Bellarminus vers. primo modo d. cap. 8. vbi enumerat Doctores hanc sententiam tenentes, & dicit Simeonem Methaphrasten pro Sancto coli in Ecclesijs Græcorum, quem in Ecclesia Latina sanctum fuisse ignoramus. De quo non est mirandum: nam in his nostris Regnis Hispaniæ adsunt tot antiquissimi sancti martyres, &

Ignorantur nomina plurium Sanctorum.

res, & confessores, quorum nomina multi ignorant: sed quisque in sua Prouintia suos colit Sanctos.

r Sanctij proprie

§. VIII.

De precipuis Sanctis, quos Cathalonia colit.

S V M M A R I V M.

- 1 Tarraco.
- 2 Gerunda.
- 3 AUSA VICENSIS.
- 4 Elna.
- 5 Dertusa.
- 6 Vrgellum.

IN hac nostra Cathalonia quisque Episcopatus, & ferè vnaquæque Ecclesia habet suos proprios patronos & Sanctos quos colit, non omnibus forsan cognitos. Vt Tarraco, quæ ultra Teclam virginem & martyrem eius patronam, colit sanctos Fructuosum Archiepiscopum, Augurium, & Eulogium martyres, Maginum confessorem, & Columbinam virginem & martyrem, & alios.

Tarraco

2 Gerunda Narcisum eius sanctum Episcopum, & duos Felices, & Feriolem martyres, Palladium, & Carolum magnum confessores, & alios. Et præ cæteris gloriatur de sanctissimo Damaso, quem tanquam suum nedum colit, sed etiam veneratur, quæ originè traxisse affirmant ex oppido de Argeleguet inter insignes villas Oloti, & Bisulduni. Et si antiquissimæ traditioni credendum est author huius libri ad eius domus lares accessisse & vidisse affirmat.

Gerunda

3 AUSA VICENSIS Lucianum, & Martianum, Eudaldum, & Fortianum martyres, Sigismundum Regem, & duos

Ausa

& duos Raymundos Berenguer tertium & quartum Comites Barcinonenses confessores, quorum corpora requiescunt Riupulli in monasterio perillustri claustralium monachorum sancti Benedicti. Et in Cathedrali veneratur corpus beati Bernardi illius Ecclesiæ Episcopi & confessoris, de cuius tamen canonizatione non constat.

Elna

Elna colit sanctos Vincentium Illiberitanū martirem, Nazarium, Honoratum, & Galdericum Episcopos & confessores, Eulalam Emeridam, cuius insignes possidet reliquias, & Iuliā virgines & martyres, & alios.

Dertusa

Dertusa colit sanctum Ruffum Simonis Cirenæi filium illius urbis primum Episcopum & confessorum, Candiam, & Cordulam virgines & martyres, & alios.

Vrgellum

Vrgellum suos colit sanctos Episcopos & confessores Ermengandum, & Odonem, cuius canonizatione Episcopale celebravit Petrus Vrgellensis Episcopus triennio ante obitum nostri sancti Ollegarij, ut eorum tenet Ecclesiæ archiuum legitimo instrumento, in confirmationem nostræ intentionis quod Episcopi eo tempore Sanctos canonizare solebant.

§. VIII.

De Sanctis quos Barcino colit.

S V M M A R I V M.

- 1 Patianus.
- 2 Sancti descripti in Martyrologio.
- 3 Cucufas, & Seuerus.
- 4 Eulalia, & Matrona.

Nostra

NOstra autem Barcino suos etiam colit Sanctos, ut infra dicitur: & quandoque in eadē Ecclesia adsunt altaria, & beneficia instituta in honorem quorundam Sanctorum, quorum nomina sunt ignota etiam aliquibus clericis & beneficiatis eiusdem Ecclesiæ: ut in nostra Barcinonensi Ecclesia sanctus Restitutus, sanctus Palladius, sancta Eufrafina, sancta Elifabeth Vngariæ, & alij.

In qua nostra Barcinonensi Ecclesia celebramus festum sancti Patiani Barcinonensis Episcopi & confessoris, quem canonizatum fuisse à Romano Pontifice ignoramus, nisi dicamus cum aliquibus modernis, eos omnes esse sanctos canonizatos, vel pro canonizatis habitos, tentos, & reputatos, quorum nomina reperiuntur in Martyrologio Romano cum titulo de sancto, aut beato: quo pacto etiam affirmamus de sanctis martyribus Cucuphate, & Seuero, ac de beata virgine & martyre Eulalia huius ciuitatis patrona, & beata virgine Matrona, quos hæc Ecclesia Barcinonensis, & tota vniuersalis Ecclesia tanquam sanctos canonizatos veneratur, qui etiam extiterunt ante dictum Leonem Tertium.

§. x.

Quis canonizauit Sanctos antiquiores ante
Leonem Tertium.

S V M M A R I V M.]

- 1 Opinio Aſoris.
- 2 Consensu Episcoporum, clericorum, & laicorum ceperunt coli & celebrari antiquiores Patres.
- 3 In quo residet iurisdictio canonizandi Sanctos.
- 4 Eiusdem

Patiāni

Sancti descripti
in Martyrologio.
Cucufate
Seuero
Eulalia
Matrona

4 *Eiusdem Assoris opinio.*

5 *Expressa, vel tacita auctoritas Apostolica.*

6 *Episcopi Primates, seu Metropolitan.*

Quæro igitur quis canonizauit tot sanctos antiquiores, ante dictum Leonem Tertium, nisi particulares Episcopi, quisque in sua diœcesi? & post eum, vsque ad prohibitionem in generali Concilio Lateranensi, quod fuit de anno 1179? Et licet modernus doctor Assor in cap. 6. lib. 5. p. 2. teneat, quod solus Papa potest sanctos canonizare, sibi ipsi obicit in vers. *Quæres quomodo veteres & antiqui Patres fuerint inter sanctos relati. Et respōdet, quod post eorum felicem obitum cœperunt coli, & celebrari communi Episcoporum, clericorum, & laicorum consensu. Ex quibus verbis constat Episcopos eo tempore habuisse hanc iurisdictionem per superior allegata iura. Quæ expressa verba huius Doctoris continentur in d. cap. 1. incipiente Pronuntiandū de consecrat. dist. 3. & in cap. conquestus, de ferijs, ubi expressa leguntur hæc verba. Cæterisque Sanctorum solemnitatibus, quas singuli Episcopi in suis diœcesibus cum clero, & populo duxerint venerandas. Ergo negari non potest Episcopos habuisse hanc iurisdictionem canonizandi sanctos, collaudante & applaudente clero & populo. Iurisdictione enim non residebat in clero & populo: sed in Episcopo, tanquam in capite. Expectabat tamen Episcopus clericorum consilium & vota, populi autem instantiam & petitionem, postquam constabat de sanctorum confessorum vita exemplari & miraculis, aut de martyrio pro fide Christi passo, eos canonizare nō dubitabat.*

Et quamuis idē Doctor infra dicat, quod postea accessit

Opinio Assoris.

Consensu Episcoporum, clericorum, & laicorum cœperunt coli & celebrari antiqui Patres.

In quo refidet iurisdictione canonizandi Sanctorum.

Eiusdem Assoris opinio.

accessit Apostolica expressa, vel tacita auctoritas hoc non negamus, quia vt ipsi sancti ab Episcopis canonizati venerentur ab vniuersali Ecclesia, necessaria fuit expressa, vel tacita auctoritas Apostolica. Nam ibi enumerat præfatus doctor viginti quatuor sanctos, qui ab vniuersali Ecclesia celebrantur: de eorum tamen canonizatione aliter non constat, nisi quia Episcopi quisque in sua diœcesi eos canonizarunt. Quam sententiã expressè tenet Assor eadē 2. par. lib. 1. cap. 26. vers. Quarto quæro, circa medium, dicens. Olim quidem si publico testimonio constabat aliquem pro Christi domini fide & religione mortem subiisse, Episcopi Primates, seu Metropolitan assensu & auctoritate, ad quos res tota deferre batur, clerus & populus tanquam sanctum colebant, & nomine illius Templum extruebant, altaria erigebant, Missæ sacrificium offerebant, diem quoque festum solemniter ritu dicabant. Hæc ille. Quæ tamen dixit de assensu & auctoritate Primatis, aut Metropolitan, nullo iure, aut auctoritate comprobauit. Iura enim de Episcopis loquuntur, non de Metropolitanis, aut Primatis assensu aut auctoritate. De his autem dicetur infra cap. 5.

§. XI.

Confirmatur quod dominus Papa approbauit Sanctos canonizatos per Episcopos.

S V M M A R I V M.

- 1 *Baronius in Martyrologio Romano.*
- 2 *Eusebius Cæsariensis primus author Martyrologij.*
- 3 *S. Hieronymus transtulit à Græco in Latinum.*
- 4 *Episcopi ad sedem Apostolicam transmiserunt nomina Sanctorum*

Sanctorum canonizatorum.

5. *Romana Ecclesia approbavit Sanctos ab Episcopis canonizatos.*

Paron in Martyrologio Romano.

Eusebius Caesariensis primus auctor Martyrologii.

S. Hieronymus trātulit a Graeco in Latinum.

Episcopi ad sedem Apostolicā transmiserūt nomina Sanctorū canonizatorū.

AD cuius rei confirmationem refero, quæ scribit Baronius cap. 5. de Martyrologio Romano, in principio sui Martyrologij, ubi dicit primum omnium authorum, qui Martyrologia in lucem emisserunt fuisse sanctum Eusebium Episcopum Caesariensem. Ibi epistolam Cromantij & Eliodori Episcoporum ad beatum Hieronymum, & eius responsum refert: ex quarum lectura apparet religiosissimos Imperatores Constantinum & Theodosium, quisque suo tempore, instasse sanctorum martyrum singulis diebus commemorationem fieri, in quorum gratia diuus Hieronymus ex Graeco in Latinum sermonem Eusebij Martyrologium transtulit. Ex eadem lectura, & ex dictis Baronij, concludo Romanos Pontifices scriptis mandate summo studio Sanctorum gesta & martyria fecisse, & ad omnes orbis terrarum Episcopos scripsisse: ut Sanctorum omnium nomina, quos quisque in suis dioecesibus colerent, ad sedem Apostolicam notificarent: sollicitata perscrutatione, monumenta publica discutiendo, perquirerent, & martyrium passi, sub quo iudice, in qua prouincia, vel ciuitate, qua die, quave perseuerantia passionis suæ palmam obtinuerint, de ipsis archiuis assumpta transmiserunt. Quæ Eusebio mandata in Martyrologium ad singulos dies mēsum totius anni digressit: a quo Vsuardus, Beda, Ado, Molanus, Surins, Baronius, & alij auctores sua Martyrologia, additis sanctis postea occurrentibus, ex varijs diuersorum authorum monumentis, in lucem dederunt.

Romana:

5. Romana igitur Ecclesia Sanctos antiquos ab vniuersi orbis Episcopis canonizatos, ad sedem Apostolicam transmissos, tacite vel expresse approbavit, quæ approbatio vera species canonizationis existimatur. Hoc voluit significare Bellarminus in vltimis verbis cap. 8. sæpè citati de canonizat. Sanctor. his verbis. Ita Sancti alicuius cultus, ex consuetudine Ecclesiarum generaliter introductus, vim habet ex approbatione tacita, vel expressa summi Pontificis.

§. XII.

Octo Episcopi sancti in Ecclesia Barcinonensi, quatuor martyres, & quatuor confessores.

S V M M A R I V M.

1. *Victor.*

2. *Aetius.*

3. *Lucius.*

4. *Seuerus.*

5. *Leges Gothorum.*

6. *Patianus.*

7. *Nundinarius.*

8. *Idalius.*

9. *Ollegarius.*

10. *Theodosius primus Episcopus Barcinonensis.*

11. *Martyrium sancti Iacobi.*

NEc tedeat Lectorem scire hanc, scilicet Cathedralē Barcino. habuisse octo sanctos Episcopos, videlicet Victorem, Aetium, Lucium, & Seuerum martyres, Patianum, Nundinarium, Idalium, & Ollegarium confessores: quorum tres priores, videlicet Victor, qui obiit de anno à natiuitate Domini

O j

ni 52.

Victor

Romana Ecclesia approbavit Sanctos ab Episcopis canonizatos.

Aetius
Lucius
Seuerus

Leges Gothorū.

Patianus
Nundinarius
Idalius
OllegariusTheodosius pri-
mus Ep[iscopu]s
Barcmonen.Martyrium S.
Iacobi.

ni 52. Aetius de anno 53. & Lucius de anno 69. tē-
pore Apostolorum extiterunt. Seuerus verò de an-
no 484. in circa, sub Heurico Rege Gothorum, in
Hispania, de cuius ordine & mandato conditæ fue-
runt leges Gothorum, & inter legum cōditores fuit
sanctus Seuerus noster Barcinonēsis Episcopus. Pa-
tianus de anno 398. imperante Theodosio maiori.
Nundinarius de anno 464. Idalius de anno 690. no-
ster verò Ollegarius de anno 1136. De nullo tamen
dictorum sanctorum Episcoporum Barcinonēsiū
tanta miracula leguntur, quam quæ facta sunt ad in-
uocationem sancti Ollegarij. Et licet enumerauim-
us sanctum Victorem primum Episcopum Barci-
nonensem, intellige ipsum primum fuisse inter præ-
fatos octo sanctos Episcopos Barcinonenses, non
fuit tamen primus Episcopus Barcinonensis: nam
Theodosius fuit primus Episcopus à diuo Iacobo in-
stitutus, qui plenus dierum obiit anno decimo post
ascensionem Domini, à natiuitate autem anno 44.
& quāuis fuerit vir eximie sanctitatis, cum non fue-
rit martyr, sed confessor, non fuit qui eum enume-
raret inter sanctos: de quo anno 44. ab Hispania re-
gressus glorioso gladij martyrio occisus est beatus
Iacobus eius magister, & beatus Petrus à carcere ab
Angelo solutus, vt legitur in Actibus Apostolorum
cap. 12. *Misit Herodes Rex manus, vt affligeret quos-
dam de Ecclesia, occidit autem Iacobum fratrem Ioannis
gladio, videns autem quia placeret Iudeis, apposuit vt
appreenderet & Petrum, quem cum apprehendisset mi-
sit in carcerem, &c.* à qua liberatus Romā petijt, im-
perante Claudio: visitauit tamē in itinere plures Ec-
clesias, maxime Antiochenam, in qua sederat.

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

DIGRESSIO.

De peregrinatione sancti Iacobi per
nostram Hispaniam.

S. I.

Sanctus Iacobus venit in Hispaniam.

S V M M A R I V M.

- 1 *Barcinonæ dedit titulum sancte Crucis.*
- 2 *Sanctus Victor Episcopus Barcinonensis Discipulus sancti Iacobi.*



DICTVM est de tempore Apo-
stolorum, quia antiquissima tra-
ditio à nostris maioribus nos do-
cuit, quod sanctissimus Patronus
noster Iacobus maior, qui, vt re-
fert lectio Breuiarij Romani in
eius festiuitate, mox post ascen-
sionem Domini, prædicata Christi diuinitate in Iu-
dæa, & Samaria, in Hispaniam venit: & inter alias
ciuitates per quas transiit, Euāgelicam legem præ-
dicando, fuit hæc nostra nobilissima Barcino, cui
Crucem tradidit in titulum istius Ecclesiæ, Theodo-
sumque eius discipulum in Episcopum præfecit:
antequam Petrus & Paulus Romam venissent: post
obitum autem Theodosij fuit creatus Victor, alius
ex discipulis S. Iacobi in Ep[iscopu]m Barcinon. vt scribunt
nostri ex certissima antiquorum traditione.

*Barcinonæ de-
dit titulum san-
ctæ crucis.**S. Victor disci-
pulus S. Iacobi*

S. II.

Validissima probatio peregrinationis sancti Iacobi ad Hispaniam.

IN historia beatæ virginis Mariæ Cæsaraugustanæ columnæ refert Murillo author modernus ex nostro Barcinonensi Lucio Dextero naui venisse ex dispersione discipulorum Christi post martyriū S. Stephani quingentos discipulos, Cyproque ad Carthaginis Hispaniæ portum appulisse, frequentasseque in Hispania diui Iacobi obsequium & disciplinam, qui ante aduentum diui Iacobi, hinc Ierosolymam, Christum dominum visendi, & doctrinam audiendi causa perrexerant, ad quos admirabilis Christi domini pulchritudinis, ineffabilis sapientiæ, & miraculorum fama peruenerat, ad eumque proceres Hispaniæ nuntios & oratores miserant, quemque supplices rogarunt, vt Hispaniam lustrare, aut vnum ex suis discipulis ad se transmittere dignaretur.

Alias similes legatorum ab Hispania preces post ascensionem Christi domini ad coelum factas fuisse Petro Apostolorum Principi, cuius autoritate, & decreto, iuxta sortem & diuisionem totius orbis inter Apostolos factam, diuo Iacobo diuinitus concessam, ad Hispaniam venisse etiam certissima & infallibilis traditio est, antiquorum & grauissimorum doctorum dictis & scriptis comprobata, variosque diuersis Hispaniæ vrbibus Episcopos præfecisse, vt Petrum Bragæ, Pium Hispali, Basilium Carthagine, Eugentium Valentia, Agatodorum Tarraconæ, Elpidium Toleti, Ephrem in Astorga, Nestorem Palentiæ, Arcadium in Iuliobriga, & alios, vt infra dicitur,

cetur, & cum illis diuina celebrasse, vt dictum est in historia sancti Ollegarij 1. par. cap. 40. fol. 31.

S. III.

Confirmatur antiquorum traditio ex gestis sancti Iacobi & miraculis in ciuitate Illerdensi factis.

S V M M A R I V M.

- 1 *Illerda Capella pedis peregrini sancti Iacobi.*
- 2 *Consuetudo puerorum emendi lanternulas in die sancti Iacobi.*
- 3 *Regnum Aragonum, & Cathalonia sub nomine Hispania.*
- 4 *Via eundi per Hispaniam.*

IN confirmationem verò nostræ traditionis antiquissimæ de peregrinatione sancti Iacobi per nostram hanc Prouintiam Cathalonix, nota quod in ciuitate Illerdensi adest quoddam sacellum sub inuocatione sancti Iacobi, vocatum Capella pedis peregrini, siue *del Romeu*, & in festo sancti Iacobi solent pueri in illa ciuitate emere quasdam lanternulas ex papiro confectas, varijs coloribus depictas, cum candelis nocte accensis, quas vocant Sanctum Iacobum, quæ per traditionem antiquissimam geruntur, in honorem multorum miraculorum a sancto Iacobo in dicta ciuitate gestorum, cum Hispaniam peragrasset. Cum autem Regnum Aragonum, & Principatus Cathalonix sub nomine etiam Hispania comprehendantur, & publica via eundi & redeundi per Hispaniam sit Cæsaraugusta, Dertusa, Illerda, & Barcino. Certè per has ciuitates transisse,

Illerda capella pedis peregrini.

Consuetudo puerorum.

Regnum Aragonum & Cathalonia sub nomine Hispania, Via eundi post Hispaniam.

non video quomodo dubitari possit, cum præsumptio & traditio sit pro nostra opinione.

§. IIII.

Confirmatur nostra traditio computatione annorum.

S V M M A R I V M.

- 1 Theodosius primus Episcopus Barcinonensis institutus à S. Iacobo, obiit anno 44.
- 2 Quot annos sedit S. Petrus.
- 3 Petrus sedit Ierosolymis annos quinque, quo tempore venit Iacobus in Hispaniam.
- 4 Antiochiæ sedit annos septem.
- 5 Petrus venit Romam anno tertio Claudij Imp.
- 6 Petrus & Paulus venerunt etiam in Hispaniam.
- 7 Tempus martyrij sancti Iacobi.

S. Theodosius obiit anno 44.

Quot annos sedit S. Petrus Ierosolymis annos quinque. Antiochiæ septem.

NT Am de anno à natiuitate Domini 44. obiit noster Theodosius primus Barcinonensium Episcopus, qui per annos plures nostrum hunc Episcopatum Barcinonensem rexit. Petrus verò antequàm Romam venisset, sedit Ierosolymis annos quinque & ultra. Antiochiæ verò sedit annos septem, qui in simul anni duodecim computantur: quo tempore potuit instituire in Christi fide populos Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithiniæ. Si verum est, vt multi existimant, Petrum personaliter ad eos populos accessisse, ex eius verò prima epistola non constat: imo contrarium colligi posse videtur, maximè ex illis verbis. *Vobis autem ministrabant ea quæ nunc nuntiata sunt vobis per eos qui euangelizauerunt vobis.*

Nam

Nam si Petrus eos instituisset, non dixisset *per eos qui euangelizauerunt vobis*, sed dixisset, per nos, qui euangelizauimus vobis. Ultra quos duodecim annos sedit Romæ annos viginti quatuor. Venit enim Romam anno tertio Claudij Imperatoris, qui erat annus 45. à natiuitate Domini, vt communis tenet scriptorum opinio. Nullus autem scriptorum affirmat alium Apostolum venisse in Hispaniam, præter Iacobum, Petrum, & Paulum. Nec legitur tanquam certum Petrum, & Paulum Hispaniam peragrassè, cum non sit valde dubium: & si quando ad nos venerunt, non tamen antequam Romam venissent. Sæctus autem Iacobus occisus fuit ab Herode Agrippa, imperante eodem Claudio, anno à natiuitate Domini 44. vt dictum est, decennio post ascensionem Domini. Quo tempore licuit Iacobo Hispaniam peragrarè, ibique morari per annos nouem, aut, vt alij dicunt, per annos quinque.

Petrus venit Romam.

Petrus & Paulus venerunt etiam in Hispaniam.

Tempus martyrij S. Iacobi

§. v.

Confirmatur nostra traditio interpretatione verborum diui Thomæ.

ALiqui in historia periti non perperam in laudem Hispaniæ scribunt, post sanctum Iacobum venisse in Hispaniam sanctos Apostolos Petrum & Paulum. Ad cuius rei probationem interpretantur diui Thom. 3. par. quæst. 36. art. 3. ad 3. verba. De tribus solis in vnum coeuntibus, qui apparuerunt in Hispania tempore natiuitatis Christi domini: de euangelizatione solis iustitiæ, & verbi Domini illustratione in Hispania facta per tres Apostolos prædictos, quos Paulus ad Galat. 2. vocat columnas Ecclesiæ, & nos

& nos non immeritò appellamus soles in vna Christi domini veritate coeuntes, quorum doctrina fulget Ecclesia, vt sole luna.

§. VI.

Confirmatur nostra traditio ex historia sancti Ruffi Episcopi Dertusensis à diuo Iacobo instituti.

Sequitur ergo nostram hanc traditionem de peregrinatione sancti Iacobi ad nostram Hispaniam, nedum esse probabilem, sed certam, manifestam, & euidentem. Et confirmatur à notorio: quia sanctus Ruffus Simonis Cirenæi angariati ad crucem Domini ferendam filius fuit prior Episcopus Dertusensis in hac nostra Cathalonia, à sancto etiam Iacobo institutus. Nec minus probabile est, dictum sanctum Ruffum discipulum & comitem peregrinationis fuisse sancti Iacobi, quam sancti Pauli, licet Paulus ad Romanos 16. dicat. *Salutate Ruffum electum in Domino*, etiam si de nostro sancto Ruffo loqueretur.

§. VII.

Confirmatur nostra traditio ex historia Cæsaraugustana

Confirmatur etiam à notorio, & ex fidedigna historia de apparitione, & oculari visione beatæ virginis Mariæ sancto Iacobo cum aliquibus discipulis suis secum oratibus Cæsaraugustæ facta super quadam columna: in cuius rei memoriam ibi extat eiusdem beatæ virginis Mariæ imago, vulgò dicta *del Pilar de Zaragoza*, in sumptuosissima Ecclesia collegiata.

§. VIII.

§. VIII.

Confirmatur nostra traditio ex historia Ecclesiæ Bracharenfis.

Item confirmatur nostra traditio de sancti Iacobi peregrinatione per nostram Hispaniã etiam à notorio ex alia etiam historia celebrationis festi sancti Petri martyris prioris Bracharenfis Ecclesiæ Episcopi, à sancto Iacobo, cum esset in Hispania instituti & ordinati: quam historiam cantat prædicta Lusitana Ecclesia Bracharenfis in matutinis illius festi.

§. VIII.

Confirmatur nostra traditio ex discipulis sancti Iacobi.

S V M M A R I V M.

- 1 Discipuli occulti sancti Iacobi.
- 2 S. Hierotheus discipulus sancti Iacobi.
- 3 Discipuli Christi.
- 4 Luppa Regina Gallitiarum.

Minus obstat si dicatur discipulos sancti Iacobi tantum enumerari septem, Torquatum, Theophonem, Secundum, Indaletium, Ceciliam, Hefichium, & Euphrasium: inter quos noster Theodosius, aut Victor non numeratur. Quia respondetur, discipulos sancti Iacobi multo plures fuisse quam septem, si exactè enumerentur quos varij authores recitant. Quia nostri Historiographi enumerant alios septem discipulos sancti Iacobi, videlicet Calocernum, Basilium, Pium, Grifogonum, Theodoru,

Athanasium, & Maximum, quos refert modernus Villegas in vita sancti Iacobi r. par. floris Sanctorum, ex Pelagio grauissimo & antiquissimo authore Episcopo de Ouiedo: sed inter plures aliqui & forsani isti septem feruentiores in fide sanctum Iacobum ab Hispania sequuti sunt ad terram vsque sanctam, qui publicè & palam fidem Catholicam profitebantur & prædicabant: pluribus verò alijs occultis in Hispania relictis, quos in Episcopos & Prælatos, alios I vero in clericos aliquarum Ecclesiarum instituit, inter quos erat noster Theodosius & Victor, qui occultè, donec ex alto eis concederetur Catholicæ Religionis augmentum, docebant, & alia Ecclesiastica ministeria profitebantur. Nunquid diuinus ille Hierotheus Hispanus noster non fuit discipulus Iacobi, 2 quem sanctus Dionysius magistrum appellat. Non est enim credendum septem tantum fuisse ab eo conuersos, eosque secum adportasse, Hispaniamque desolatam reliquisse sine fomento seminati Euangelij feminis: quem fructum vltra millies centesimum futurum esse sciebat. Quænam gallina abhorret pullos nuper natos, aut pullulantia oua non amat? quæ se periculo mortis pro illarum salute & vita exponit. Si hoc præstat gallina, quid iudicandum esset de pectore Iacobi diuina charitate inflammato? Sicut enim ex discipulis Christi domini, quidam publicè eius doctrinam profitebantur, vt duodecim Apostoli, & septuaginta Discipuli: quidam verò occultè, vt Natanael, Nicodemus, & alij. Sic sanctus Iacobus quosdam in Hispania habuit discipulos publicè eius doctrinam profitentes, quorum septem ipsum sequuti sunt, vt eius corpus post martirium ad Hispaniam deferrent, prout miraculosè illud septem dierum

Discipuli occultis S. Iacobi.

S Hierotheus discipulus S. Iacobi.

Discipuli Christi.

dierum spatio detulerunt ad palatium Serenissimæ Luppæ Gallitiarum Reginae, quæ sanctum Iacobum etiam viuum hospitio quondam susceperat. Quosdam verò alios habuit discipulos occultos, vt Theodosium, & Victorem Episcopos Barcinon. & alios.

Luppa Regina Galitiarum.

S. x.

Non obstat dictum Prudentij de S. Cucufate.

Neque obstat quod quidam affirmant sanctum Cucufatem fuisse primum, qui fidem prædicauit Barcinonæ, & in tota Cathalonia, ex dictis Prudentij in ode decem & nouem Cæsaraugustanorum Sanctorum, in qua diuum Cucufatem martyrem patronum huius ciuitatis commemorat, dicens.

Barcinon claro Cucufate freta.

Quia licet dicatur nostrum esse patronum, non tamen sequitur fuisse primum, qui fidem Catholicam in hac ciuitate prædicauerit, cum ipse floruerit circa annos 303. sub Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus, multo postquam lex Euangelica in hac ciuitate fuerit prædicata.

Nec fuit Cucufas noster prior martyr, cum Eulalia prius martyrij palmam consequuta fuerit, sub eisdem Imperatoribus, vt nostri ferunt, sub Datiano eorum Præsidente, de tempore Marcellini Papæ. Cum cõstet etiam de pluribus sanctis martyribus Episcopis Barcinonensibus, & de dicto sancto Ruffo, & alijs, etiam de tempore Apostolorum, vt dictum est, qui fidem Catholicam post sanctum Iacobum in hac ciuitate, & per totam Cathaloniã disseminarunt, etiam ante aduentum Petri & Pauli ad urbem. Quod autem sanctus Iacobus ad reliquas partes Hispaniæ

S. Eulalia.

etiam peruenit, nullus est qui nostras historias legerit, & traditiones antiquissimas à nostris maioribus nouerit, qui id ignoret, aut dubitet.

S. XI.

Confirmatur traditio de peregrinatione sancti Iacobi per Hispaniam ex historia Granatensi.

S V M M A R I V M.

- 1 Vallis Paradisi.
- 2 Inuentio sanctorum Martyrum discipulorum diui Iacobi.
- 3 Nomina sanctorum.
- 4 S. Theophobus scripsit librum fundamentum Ecclesie.
- 5 Reuelatio aduentus Maurorum.
- 6 Prophetie sancti Ioannis Euangeliste.
- 7 Os sancti Stephani primi martyris.
- 8 Pannus quo beata Virgo tersit lachrymas Christi.
- 9 Eiusdem panni miraculum.
- 10 Dionysius Areopagita.

OMnis autem dubitatio e medio tollitur post inuentionem sanctarum reliquiarum, librorum, & laminarum, & arcæ ex plumbo confectarum, & corporum sanctorum discipulorum sancti Iacobi, cuius historiam breuiter sic refero.

Vallis paradisi

Inuentio martyrum discipulorum S. Iacobi

In Monte sancto Illipulitano Granatensi, Vallis Paradisi nuncupato, de mense Martij 1595. inuenta sunt plures reliquie, & corpora multorum sanctorum discipulorum sancti Iacobi, qui passi sunt martyrium sub Nerone Imperatore, anno secundo, vt per quasdam laminas plumbeas, & ex earum scriptura, quas refert

refert Gregorius Lopez in libro quem scribit lingua Hispanica, & a notorio, & publica voce & fama, testibusque fidedignis constat.

- 3 Nomina reliquiarum & sanctorum discipulorum sancti Iacobi sunt, Cecilius, Hiscius, & Theophobus, Turilus, Panucius, Maronius, Centulius, Maximus, & Luparius, igne cremati. Theophobus literis & sancte
- 4 Citate præditus scripsit librum appellatum, Fundamentum Ecclesie, & alium De essentia Dei.

Nomina sanctorum.

S. Theophobus scripsit librum Fundamentum Ecclesie.

- 5 Sanctus Cecilius primus Episcopus Granatensis mandauit sancto Patritio sacerdoti eius discipulo, vt post eius martyrium absconderet dictos libros, & arcam, & poneret dictas laminas in dicto Monte sancto, cum reliquijs sanctorum prædictorum: qui habuit reuelationem cum esset in Hiberia de eius martyrio, & Hispanie destructione, propter aduentum Maurorum.

Reuelatio aduentus Maurorum.

- 6 Cum reliquijs sanctis erant Prophetie diui Ioannis Euangeliste circa finem mundi, vt refert lamina
- 7 quædam plumbea ibidem inuenta, & os diui Stephani primi martyris: & dimidiatus pannus lineus, quo
- 8 virgo Maria absterfit lachrymas ab oculis filij sui in passione: quæ separata fuerunt inuenta in arca plumbea in turri Turpiana à sancto Patritio etiam abscondita. Cuius sancti panni virtute sanctus Cecilius visum, quem perdiderat, partim senectute, partim inclementijs & iniurijs cœli, laboribusque, quos passus est eundo & redeundo ab Hispania ad loca sancta Ierosolymitana visenda, miraculose recuperauit, Diuo Dionysio Areopagita eius oculos Athenis eodem venerabili panno deuote tergendo, à quo dimidium dicti sancti panni obtinuit, vt ad nostram Hispaniam deferret.

Prophetie S. Ioannis Euangeliste. Os S. Stephani protomartyris. Pannus beate Virginis.

Miraculum.

Dionysius Areopagita.

§. XII.

Epilogus dictorum.

EX quibus omnibus constat de peregrinatione S. Iacobi ad nostram Hispaniam. Quæ verò diximus de prædictis sanctis martyribus in dicto Monte sancto nuper inuentis, in hoc tractatu de canonizatione sancti Ollegarij, affirmamus etiam eos dignos esse sanctorum veneratione, tanquam sanctos canonizatos, sicut dicta foelicissima Ecclesia Granatensis veneratur, colit, & adorat, quamuis aliter de eorum canonizatione non constet.

D I G R E S S I O.

Circa peregrinationem sancti Iacobi ad nostram Hispaniam, de præcepto facto Apostolis.

§. I.

S. I. Christus imposuit præceptum Apostolis, ut prius prædicarent Iudæis, quam Gentilibus.

S V M M A R I V M.

1 *Occasio digressionis.*2 *Colonia Iudæorum in Hispania & Italia.*3 *Dispersionis Iudæorum ratio.*4 *Ratio dubitandi.*

Cogimur

OGIMVR occasione aliquorum gravissimorum doctorum parum digredi à nostro instituto de canonizatione Sanctorum, non tamen abs re. Ad solueda quædam argumenta inficientium sanctum Iacobum venisse ad nostram Hispaniam, quidam moderni doctores longam disputationem proponunt, ad probandum fuisse in Hispania, sicut in Italia, & reliquis orbis partibus colonias Iudæorum, varijs de causis, à sua patria diuersis temporibus dispersorum. Mihi sit hæc satis sufficiens ratio, communiter à sanctis recepta, vt futura Christi domini incarnatio ad reparandum generis humani lapsum, & diuinitatis in trinitate cognitio, vnius & solius Dei adoratio, gentibus incognita, ad omnes aliqua perueniret notitia, quæ ex sola Scriptura sacra haberi potuit: quarum rerum cultores erant Iudæi, apud quos sacrarum scripturarum codices seruabatur. Ideo conueniens fuit dictos Iudæos, ad quos facta fuerat repromissio, per vniuersum orbem vagasse, vt vbique verus Dei cultus innotesceret, & cessaret idolatria. Qua ratione stante, (quam infra probamus) erant quidè in Hispania Iudæi, ad quos conuertendos, & in Christi domini veri Messia aduentu instituendos: pro quorum conuersione, vt ferunt, fuit missus in Hispania Iacobus, si verum est, inquit, venisse. Afferunt namque præceptum Domini vigere, ne Apostoli discederent à Iudæa ante annos duodecim, nec Gentilibus ante cōuersionem Iudæorum prædicarent veri Messia aduētum. Cum autem diuus Iacobus sit gladij martyrio coronatus anno decimo antequam Ierosolymus discederet Petrus,

*Occasio digressionis.**Colonia Iudæorum in Hispania, & Italia. Dispersionis Iudæorum.**Ratio dubitandi.*

trus,

trus, & cæteri Apostoli, quo tempore, inquit, potuit Iacobus Hispaniam peragrarè? Contraria tamen sententia est certior, & hæc impugnata.

S. II.

Probatur propositio duabus rationibus & causis quibus Hebræi fuerunt dispersi per uniuersum orbem.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudæi non obseruabant legem.
- 2 Vt gentiles ad cultum diuinum applicarentur.
- 3 Promissio diuina.
- 4 Vt Gentiles cognoscant.
- 5 Præclara expositio Gregorij.
- 6 Probatur propositio varijs exemplis sacræ Scripturæ.
- 7 Naaman à lepra mundatur.
- 8 Susanna liberatur.
- 9 Liberatio trium puerorum.
- 10 Daniel honoratur.
- 11 Gentiles venerabantur templum Salomonis.

Propter duas causas permisit Deus vt Iudæi per uniuersum orbem dispersi fuerint à terra promissionis erecti, & sæpè in captiuitatem ducti.

Prima est propter eorum ingratitude[m] & peccata, tum quia non obseruabant legem diuinam ea reuerentia & cultu quo tenebantur, contra quos conquæritur Deus Esai. cap. 1. *Filios enutriui & exaltavi, ipsi autem spreuerunt me.* Ideo Daniel Domino orando dicebat. *Propter peccata enim nostra, & iniquitates patrum nostrorum Ierusalem & populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum.* Et Danielis 3 dicebant

Iudæi non obseruabant legem.

dicebant Iudæi: *Humiles & despecti sumus in uniuersa terra.* Psalm. etiam 43. dicitur: *Et in gentibus dispersisti nos.*

2 Secunda causa est, vt Gentiles, inter quos morabantur Iudæi dispersi, conuerterentur ad veram vnius Dei fidem, & ad diuinum cultum applicarentur: sicut scribitur Psalm. 9. *Annuntiate inter gentes (inter quas fueritis dispersi) opera Dei.* Per Ezechielem cap. 36. Dominus clare annuntiat Hebræis dispersis vt crescat in eis desiderium redeundi ad terram promissionis, dicens: *Sanctificabo nomen meum magnum, vt sciant gentes quia ego Dominus.* Cū sanctificatus fuero in vobis, exemplo vestro (per veram fidem, & per verum vnius Dei cultum) tollam quippe vos de gentibus, & congregabo vos de uniuersis terris, & adducam vos in terram vestram, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab omnibus idolis vestris mundabo vos. Eisdem fere verbis Ecclesiastici 36. vsus est author

3 illius libri orans, & dicens: *Alleuia Domine manum tuam super gentes alienas, vt videant potentiam tuam.* Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus (idest glorificatus & honoratus) es in nobis, (idest in Hebræis in captiuitate positis) sic in conspectu nostro sanctificaberis in illis, vt cognoscant te sicut & nos cognouimus: quoniam non est Deus præter te Domine. De quibus dicitur dicto Psalm. 43. *Quoniam complacuisti in eis,* idest in gentibus conuersis ab Hebræis. Hoc clarius expressit Gregorius lib. 16. *Moralium*, exponendo illa verba Daniel. 10. *Princeps Persarum restitit mihi viginti & uno diebus.* per Principem Persarum intelligit Angelum præsentem & custodem in illa Prouincia, dicens, quod ex mansione filiorum Israel in Perside multos de Perside & Medis conuerti ad cultum &

4

21 fidem

Vt Gentiles ad cultum diuinum applicarentur.

Promissio diuina.

Vt Gentiles cognoscant.

Præclara expositio Gregorij.

fidem vnus Dei, sperabat Angelus Princeps Per-
sarum; contra voluntatem alterius Angeli, qui oratio-
nes Danielis Domino offerebat, desiderantis popu-
lum Hebræorum liberari à captiuitate, & ad suā pa-
triam reuerti, quippe qui in afflictione positi ad Deū
conuersi fuerant. Varijs exemplis ex sacra Scriptura 6
posset confirmari dicta propositio. Vnde Gentilis
Rex Syriæ notitiam habuit de sancto Deo Israelita-
rū? Qui misit Naaman Principē militiæ suæ ad Re-
gē Iudææ vt mundaret à lepra, si puella Hebræa quæ 7
erat in seruitute vxoris Naaman, non nuntiaffet si-
bi? Lucæ 4. & 4. Regum 5. Quomodo Gentilis Su- 8
fanna liberata fuisset ab oppressione duorum Iudi-
cum, si Daniel Hebræus non occurrisset, Daniel. 3.
Vnde omnis cœtus Gentilium populorum voce ma-
gna clamasset de iudicio Danielis, qui benedixerūt
Deum, Daniel. 3. Vnde Rex Assyriorum, & multi-
tudo Gentilium notitiam habuissent de vero Deo,
qui antea adorabant idola, & statuas, nisi vidissent
tres pueros Hebræorum liberatos esse a camino igni- 9
s, & Daniele de lacu leonum? Daniel. 14. Da-
nielem magnis honoribus extulit Nabuchodonosor
Rex Gentilis, & præcepit vt sacrificarent ei hostias
& incensum, in gratiarum actionem: quia Daniel ex-
posuit somnium, quem nullus suorum interpretum
enodare, aut intelligere potuit. Et ait Rex Danieli:
*Vere Deus vester Deus Deorum est, & dominus Regum,
reuelans mysteria: quoniam tu solus potuisti aperire hoc
sacramentum.* Tunc Rex Daniele in sublime ex- 10
tulit, & munera multa & magna dedit ei.

Satis probata manet propositio, quod Iudæi dif-
persi sunt per vniuersum orbem: vt Gentiles Ido-
latræ aliqualem notitiā haberent de vno vero Deo,
quem

*Probatur propo-
sitis varijs exem-
plis sacre Scri-
pturæ.*

*Naaman mun-
datur a lepra.*

*Sufanna libera-
tur.*

*Liberatio trium
puerorum.*

*Daniel honorat-
ur.*

quæ colebāt Iudæi: & sic cōuerterentur ad verū cul-
tum diuinum. Imo adeo apud Gentiles creuerat cul-
tus veri Dei, & templi Salomonis (in quo veneraba-
tur creator omnium Deus) quod tempore Macha-
bæorum per vniuersum mundum iam honorabatur
pro sui veneratione & sanctitate, prout legitur 2.
Machab. 3.

His positis, sine veri præiudicio, ad quæstionis ve-
ritatem inuestigandum sic procedo.

§. III.

Duo præcepta à Christo Apostolis facta.

S V M M A R I V M.

1. *Primum præceptum.*
2. *Secundum præceptum.*

EX sacris litteris constat præcepisse Christum do-
minum Apostolis, eosque misisse vt prædicarēt,
Matth. 10. *Euntes autem prædicate, &c. dicentes quia
appropinquabit regnum cælorum, infirmos curate, &c.
Marci 6. Vocauit duodecim, & cœpit eos mittere binos.
Et infra. Et exeuntes prædicabant vt pœnitentiam age-
rent.* Et Lucæ 9. *Conuocatis duodecim Apostolis, dedit
illis virtutem, &c. & misit illos prædicare regnum Dei.*
Hoc præceptum Domini, & hâc missionem ad præ-
dicandum constat fuisse multo ante mortē Christi.

2. Aliud autem præceptum legimus factum Aosto-
lis post resurrectionem; vt Marci vlt. *Euntes in mun-
dum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ.*
Et Matthæi vlt. *Euntes ergo docete omnes gentes, bap-
tizantes eos, &c.*

*Gentiles vniuersa
baptizantur templum
Salomonis.*

*Primum præc-
ptum.*

*Secundum præ-
ceptum.*

§. IIII.

Differentia inter duo præcepta à Christo Apostolis facta.

S V M M A R I V M.

- 1 *Distinctio inter duo præcepta.*
- 2 *Primum præceptum euacuatum per secundum.*

*Distinctio inter
duo præcepta.*

Inter hæc duo præcepta & missiones ad prædicandum, distinctionem assignat Hieronymus, quem sequitur reliqua Sanctorum & Theologorum schola: quod prima missio fuit particularis & priuata ad prædicandum Iudæis tantum, iuxta verba quæ habet Matth. loco citato cap. 10. *Hos duodecim misit Iesus, præcipiens eis, dicens: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israel.*

Missio verò facta post resurrectionem fuit vniuersa, & generalis per vniuersum mundum, vt ex dictis Domini constat: *Euntes in vniuersum mundum prædicate Euangelium omni creaturæ*, Marci vlt. Et Matth. vlt. *Docete omnes gentes*. Et per hoc vltimū præceptum euacuatum fuisse existimo primum, amplaque facultatem factam fuisse Apostolis ad prædicandum Gentilibus & Iudæis: & sic nõ ob stare quo minus diuus Iacobus accefferit ad Hispaniam ad prædicandum Euangelium omni creaturæ, tam Gentilibus, quam Iudæis, si quos ibi inuenit, vt eos ad amorem Christi domini veri Messie inflammaret, ommissis legalibus legis antiquæ, ac vt Gentiles ab errore Idolatriæ ad verum Dei cultum euocaret.

§. v.

Propositio sententiæ contrariæ.

Et licet hæc fatis, superque videatur ad quæstionis difficultatem tollendam: tamen pro defensione contrariæ sententiæ insurgunt quidam moderni Doctores asserentes hanc sententiã esse antiquissimam, eamque tenuisse Tertullianum antiquissimū doctorem & Apollonium, videlicet traditionem esse: à Christo domino fuisse speciale præceptum impositum Apostolis, vt prius prædicarent Iudæis. Et ne à Iudæa discederent per annos duodecim, donec omnibus prædicarent Iudæis.

§. VI.

Adducuntur argumenta contrariæ opinionis.

S V M M A R I V M.

- 1 *Argumenta aduersariorum.*
- 2 *Au thoritates ex sacra Scriptura.*

Quam sententiam nituntur confirmare ex verbis diui Pauli ad Iudæos, Actor. 13. *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniã repellitis illud, ecce conuertimur ad Gentes: sic enim præcepit nobis Dominus*. Ex quibus verbis inferunt nostri emuli præceptum factum fuisse à Domino Apostolis, ne prædicarent Gentilibus ante conuersionem Iudæorum.

Secundo, suam sententiam nituntur probare ex verbis Christi domini, Actorum capite primo. *Et conuescens præcepit eis ab Ierosolymis ne discederent, sed*

*Argumenta ad
uersariorum.
Au thoritates ex
Scriptura.*

sed expectarent promissionem Patris.

Tertio, suam sententiam confirmare existimant ex verbis Lucæ, Actor. 11. *Illi quidem qui dispersi fuerant à tribulatione quæ facta fuerat sub Stephano, perambulauerunt usque Phœnicem, & Cyprum, & Antiochiam, nemini loquentes verbum nisi solis Iudæis.*

His autoritatibus existimant se suam sententiam confirmasse, præceptum factum fuisse Apostolis ne gentibus prædicarent ante conuersionem Iudæorū, illis prædicando per tempus duodecim annorum.

S. VII.

Fundamenta pluribus autoritatibus sacræ Scripturæ fulcita ad respondendum aduersarijs.

S V M M A R I V M.

- 1 Primum fundamentum.
- 2 Iudæi filij, Gẽtiles canes.
- 3 Petrus ad Iudæos.
- 4 Paulus ad Iudæos.
- 5 Iudæi non receperunt Christum.
- 6 Nunc dimittis.
- 7 Pater loquitur ad Filium.
- 8 Pater dedit Filio Gentiles in hereditatem.
- 9 Abrogatum primum præceptum.

Primum fundamentum.

Quibus vt respondeamus duo videntur præmittenda. Primum est, Christum dominum fuisse à Patre missum primario ad Iudæos, ad quos facta fuerat promissio: *Sicut locutus est ad patres nostros Abraham, & semini eius in secula*, Lucæ 1. prout ipse Dominus testatur Matthæ. 15. verba faciens cum Cananæa.

- nanæa muliere Gentili: Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel. Et infra: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. vbi Iudæos filios, & Gentiles canes appellat. Propterea præceptum factum Apostolis ante Christi mortem, ne abirent in viam Gentium, & ne in ciuitates Samaritanorum intrarent, vt refertur in cap. denique 7. q. 1. sed expresse præcepit eis, vt irent ad oves quæ perierunt domus Israel, fuit præceptum iuxta intentionem Patris, mittentis Christum ad Iudæos, ad quos facta fuerat repromissio, vt legitur Actor. 2. vbi Petrus ad Iudæos dicit: Vobis enim est repromissio, & filijs vestris, & omnibus qui longe sunt. Sic & Paulus Actorū 13. ad Iudæos ita loquitur: Viri fratres filij generis Abraham, & qui vobis timent Deum, vobis verbum salutis huius missum est. Et infra: Et nos vobis annuntiamus ea, quæ ad patres nostros repromissio facta est. Ideo Ioãnes cap. 1. dicens de Christo domino: In propria venit, & sui (idest Iudæi) eum non receperunt. Postea verò generaliter loquendo, tam de Iudæis, quam de Gentilibus, dicit: Quotquot autem receperunt eum, & eius doctrinam, etiam per organum Apostolorum, & aliorum discipulorum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, per adoptionem & gratiam. Ideo licet primò & per se missus sit Christus dominus ad Iudæos, secundariò tamen ad omnes. Sic exponit diuus Thomas de mente Hieronymi 3. par. q. 42. art. 1. Propterea Lucas in Cantico Nunc dimittis, referens verba Simeonis, loquendo de Christo, dicit: Quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tue Israel. Vbi per plebem Israel Iudæi, per gentes & populos, Gentiles intelliguntur. Quæ veritas*

Iudæi filij, Gẽtiles canes.

Petrus ad Iudæos.

Paulus ad Iudæos.

Iudæi non receperunt Christum.

Autoritas diuini Thomæ.

Nunc dimittis verum sensum.

ritas manifeste revelata est per Regium Prophetam
Psal. 2. ubi Pater ad Filium loquitur, dicens. *7*
Pater loquitur ad Filium. *8*
Pater dedit Fi- stula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & pos- 8
lio Gentiles in sessionem tuam terminos terræ. Et Paulus ad Hebræ.
hereditatem. cap. 1. loquens de Patre ad Christum, dicit: *Quem cõ-*
stituit heredem uniuersorum. Si igitur Pater dedit Chri-
sto eius filio Gẽtiles in hereditatem sibi, videtur ta-
le præceptum non extare, ne Apostoli predicarent
Gentilibus ante conuersionem, aut predicationem
Iudeorum.

Abrogatum pri- mum præceptum. Concludo ergo hoc primum præceptum à Chri- *9*
sto Apostolis factum ante mortem Christi, esse ab-
rogatum per secundum, factum post resurrectionem
Christi, quia *sui eum non receperunt.* De nullo alio
præcepto constat, nec constare potest.

§. VIII.

Secundum fundamentum ex doctrina diui Thomæ.

S V M M A R I V M.

- 1 Petrus ad Iudæos.
- 2 Ante omnes Apostolos discessit diuus Iacobus de Iudæa

Secundum quod præmittendum est iuxta doctrinam diui Thomæ loco citato, conueniens & congruum fuisse, non autem necessarium, ex præcepto, quod Apostoli prius predicarent Iudæis, quam Gentilibus, non tantum in Iudæa, sed etiam in omnibus orbis terræ regionibus, ubi aderant colonie, aut in ecclẽ dispersorum Hebræorum, iuxta verbũ diui Petri Actorum 2. *Vobis enim est repromissio, & filiis vestris, & omnibus qui longe sunt, idest, qui per uniuersũ orbem*

Petrus ad Iudæos.

orbem dispersi sunt longe à Iudæa. Ea propter licet aliqui Apostoli, vt dicitur, non discesserint à Iudæa ante annos decem, aut duodecim, Iacobus maior, qui primus omnium Apostolorum coronandus erat, prædicata Christi diuinitate, & Samaria, (ex dispensatione diuina) ad Hispaniam venisse, legit Ecclesia in eius festiuitate: *postea ad*
postolos disces- sit diuus Iacob, ex Iudæa.
2 & ante omnes alios discessit. Omnes tamen discesserunt, præter Iacobum minorem: alij autem discebant, & reuertebantur, pro celebrandis Concilijs, cum Petro & Iacobo minori. Dictũ est ex diuina dispensatione: quia dato, non tamen concessio, quod constaret de tali mandato Christi fuisset ex dispensatione diuina concessum Iacobo maiori vt suam legationem & ministerium obiret in prædicatione Euangelij, & Hispanorum conuersione. His duobus iactis fundamentis, aduersariorum argumentis respondendum est.

§. VIII.

Responsio ad argumenta aduersariorum.

S V M M A R I V M.

- 1 Responsio ad primum argumentum.
- 2 Interpretatio cap. 13. Actor.
- 3 Secunda responsio ad primum argumentum.
- 4 Alia interpretatio eiusdem cap. 13. Actor.
- 5 Petrus ad Iudæos, & Gentiles.
- 6 Responsio ad secundum argumentum.
- 7 Actor. 1. interpretatio.
- 8 Responsio ad tertium argumentum.
- 9 Actor. 8. interpretatio.

- 10 Alia interpretatio Act. 10.
- 11 Iudæi Christiani prædicabant Iudæis tantum.
- 12 Gentiles Christiani prædicabant Gentilibus.
- 13 Apostoli prædicabant Iudæis & Gentilibus.
- 14 Conclusio.

Responso ad primum argum.
Act. 13. inter-
pretatio.

Nunc ad argumetum primum alterius opinionis I
deductum ex cap. 13. Act. dic, quod sic præ- 2
cepit nobis Dominus, videlicet ante eius mortem: quia
inquit oportebat, idest conueniens & congruum erat
vobis primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis
illud, & sui eum, idest Christum, aut eius doctrinam,
non receperunt, ecce conuertimur ad gentes, videlicet ad
hæreditatem Christo à Patre datam in possessionem
sibi. Et sic bene potuit diuus Iacobus, prædicata
diuinitate Christi domini in Iudæa & Samaria per
annum, mox ad Hispaniam, quæ sibi contigerat, ad
prædicandum Dei Euangelium peruenire.

Secunda respon-
sio ad idem arg.
Act. 13. alia
interpretatio.

Responde secundo modo, quod ista verba Pauli: 3
Sic enim præcepit nobis Dominus, referantur non ad 4
priora verba: Vobis oportebat primum loqui verbum
Dei: sed ad illa: Ecce conuertimur ad gentes: sic enim
præcepit nobis Dominus. Hoc præceptum sic intelle-
ctum concordat cum præcepto de quo loquitur Pe-
trus Act. 10. Nobis præcepit Dominus prædicare po- 5
pulo (tam Iudæorum, quam Gentilium, vt constat
ex eodem textu) & testificari quia ipse est qui constitu-
tus est à Deo iudex viuorum, & mortuorum. Huic omnes
Prophetae testimoniū perhibent remissionem peccatorū ac-
cipere per nomen eius omnes qui credunt in eū. Vbi nullā
Petrus facit differentiam inter Iudæos, & Gentiles
credentes, maxime quia statim cecidit Spiritus san-
ctus super omnes qui audiebāt verbum, quorum maior
pars

Petrus ad Iu-
dæos & Genti-
les.

pars erant Gentiles. Et inquit Lucas: Et obstupuerūt
qui erant ex circumcisione fideles, idest Iudæi. Dicente
Luca, quia & in nationes, idest in Gentiles, gratia Spi-
ritus sancti effusa est. Et Petrus iussit eos baptizari.

Confirmatur amplius, quod Petrus Act. 15. in
Concilio Apostolico ad destruendam hæresim Pha-
risæorum credentium necessarium fuisse Gentiles ad
Christi fidem conuersos circumcidi, & seruare legem
Moyfi, dixit: Viri fratres, vos scitis quoniam ab anti-
quis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire gen-
tes verbum Euangelij, & credere: & qui nouit corda
Deus testimonium perhibuit, dant illis Spiritum sanctum
sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos & illos, fide pu-
rificans corda eorum.

Falso igitur supponunt Authores præfati, præ-
ceptum factum à Christo Apostolis ne prædicarent
Gentilibus per annos duodecim ante conuersionem
Iudæorum.

6 Minus obstat secundum argumentum, ne ab Ie-
7 rosolymis discederent, sed expectarent promissio-
nem Patris, quia ibi loquitur de promissione Spiri-
tus sancti, & interim ne discederent ab Ierosolymis.
Confirmatur ex verbis Christi, Lucæ ult. antequam
ad cælos ascenderet: Vos autem sedete in ciuitate, quo
ad usque induamini virtute ex alto.

Responso ad se-
cundum arg.
Act. 1. interpre-
tatio.

8 Ad tertium dicitur, quod discipuli alij, non Apo-
stoli, dispersi fuerunt post tribulationem martyrij
9 Stephani, vt legitur Act. 8. isti enim discipuli for-
te ignorabant vim præcepti.

Responso ad ter-
tium argum.
Act. 8. inter-
pretatio.

10 Item, isti discipuli erant Iudæi, quibus erat inter-
dictum ne communicarent cum Gentilibus, Act.
10. in hæc verba: Vos scitis quomodo abominatum sit
uero Iudæo coniungi, aut accedere ad alienigenam, ma-
xime

Act. 10. inter-
pretatio.

xime de tam magno scandalo & persecutione discipulorum Christi, Gentilibus nullum verbum fecerunt, sed tantum Iudæis.

Item, ne Gentiles eorum inimici irridere de discipulis Christi, cuius crux sibi stultitia visa est, Iudæis verò scandalum.

Neque mirandum est ipsos discipulos tacuisse, & nullum verbum loquutos fuisse, nisi Iudæis, quia Cananæ clamanti, etiam Apostolis intercedentibus: *Dimitte eam, quia clamat post nos*, Christus non respondit ei verbum, quia erat Gentilis.

Iudæi Christiani prædicabant Iudæis tantum

Item, quia fortasse Lucas loquitur de prædicatione Euangelij, quod isti discipuli prædicarent Iudæis tantum, & non Gentilibus. 11

Ex eodem textu colligitur, quod ex discipulis dispersis erant quidam viri Cypri & Cirenæi, qui annuntiabant Iesum in Antiochia ad Græcos, per quos intelliguntur Gentiles: sed isti Cypri & Cirenæi erant etiam Gentiles, & non Iudæi. Iudæi enim conuersi ad fidem Christi, non poterant pati quod Gentiles incircuncisi admitterentur ad fidem, ut dictum est supra. Gentiles autem conuersi ad Christi fidem prædicabant Euangelium Gentilibus, & conuertebantur multi, ut in dicto cap. 11. Actorum expresse habetur. 12

Gentiles Christiani prædicabant Gentilibus

Paulus autem & ceteri Apostoli edocti a Spiritu sancto, vim dictorum præceptorum intelligentes, æqualiter prædicabant Gentilibus & Iudæis, ut ex dictis patet. Constat præsertim de Paulo Actor. 20. testificans Iudæis, atque Gentilibus, *in Deum penitentiam, & fidem in dominum nostrum Iesum Christum*. Licet Paulus dicatur Apostolus Gentium, Iudæis etiam prædicabat. 13

Apostoli prædicabant Iudæis, & Gentilibus

Argu-

14 Argumenta igitur deducta nullam probationem inducunt: sunt enim ficta, & umbra fictionis: nobis tamen sunt causa dilucidationis veritatis, de qua agitur, quæ nunc clariùs meridiana luce splendet. *Conclusio.*

S. x.

Probatnr nostra conclusio pluribus alijs auctoritatibus sacre Scripturæ.

S V M M A R I V M.

- 1 Marci ult.
- 2 Matthæi ult.
- 3 Lucæ ult.
- 4 Actorum 1.
- 5 Romanorum 1.
- 6 Marci ult.
- 7 Psalmo 18.
- 8 Isaias.
- 9 Isai. 42.
- 10 Idem cap. 49.

IN confirmationem tamen nostræ verioris & sanioris sententiæ, ultra illa duo loca, Mar. ultimo, *Euntes in mundum uniuersum prædicate Euangelium* *Marci ult.*
 2 *omni creaturæ*, & Matth. ult. *Euntes docete omnes gentes*, adduco plura alia, quorū tertius in numero sit ex *Matthæi ult.*
 Lucæ ult. *Oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis* *Lucæ ult.*
 3 *tertia die, & prædicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes.*
 Quartus locus ex Actor. cap. 1. *Eritis mihi testes in* *Actorum 1.*
 4 *Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & usque ad ultimum terræ.*

Quintus

Reman. 1.

Quintus locus ex Paulo ad Romanos. 1. ubi dicit 5
*Euangelium esse in salutem omnium, virtus enim Dei est
omni credenti.*

Marci ult.

Sextus locus desumitur ex Marci ult. Illi autem 6
*profecti prædicauerunt ubique Domino cooperante, &
sermonem confirmante.*

Psal. 18.

Septimus locus desumitur ex Psal. 18. In omnem 7
*terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba
eorum.*

Isaias.

Octauus locus ex Isai. *Posui te in lucem gentium.* 8
ad litteram loquitur Pater ad Christum.

Isaias 42.

Nonus locus ex eodem Isai. cap. 42. *Dedi te in fe-* 9
lus populi, & in lucem gentium.

Isaias 49.

Decimus locus ex eodem Isai. cap. 49. *Ecce dedi* 10
*te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum
terræ.*

S. XI.

*Confirmatur nostra sententia, & conclusio expositionibus
locorum sacræ Scripturæ in hoc loco
summatis.*

O Mitto quamplura alia loca ad confirmationem
huius nostræ sententiæ, quod licet de congruo
oportuerit, vt Apostoli prius prædicarent Iudæis,
quam Gentibus, non fuit tamen præceptum. Abro-
gato igitur primo præcepto Apostolis facto ante
mortem Christi, ne vlllo modo prædicarent Genti-
libus, per generalem legem, prædicarunt Apostoli
*in mundum vniuersum, omni creaturæ, in omnes gen-
tes, usque ad vltimum terræ, omni credenti, ubique,
in omnem terram, in lucem gentium, ante faciem om-
nium populorum.* nulla dubitatio remanet in homini-
bus benè, pie, & doctè sentientibus. Venit ergo
diuus

diuus Iacobus ad prædicandum Euangelium in His-
paniam, tam Gentibus, quam Iudæis.

S. XII.

*Corroboratur nostra conclusio & sententia alijs sacræ
Scripturæ testimonijs.*

S V M M A R I V M.

- 1 Eunuchi Candacis Reginae conuersio.
- 2 Cornelij conuersio.
- 3 Petrus ad Iudæos.
- 4 Idem ad eosdem.
- 5 Concio Petri ad Iudæos.
- 6 Ioelis 2.

1 **I**tem in confirmationem huius sententiæ adduco
historiam conuersionis Gentilis Ethiopis Canda-
cis Reginae eunuchi, quem Philippus edocuit in fi-
de, & baptizauit de ordine Spiritus sancti, Actor. 8.
multo ante annos duodecim. Si tale præceptum ex
aduerso præsum vigeret, non induxisset Spiritus
sanctus Philippum vt accederet ad currum ad docen-
dum & baptizandum hominem Gentilem.

2 **I**tem adduco textum ex alia historia conuersionis
Cornelij Gentilis, & totius illius familiæ, Actor. 10.
& 11. quem Petrus edocuit in fide, iuxta reuelatio-
nem factam visione lintei, in quo erant qua drupe-
dia serpentia, & volatilia coeli. Vbi refert Lucas, qd
gausi sunt Apostoli, & fratres qui erant in Iudæa, quia
audierunt quoniam gentes receperunt verbum Domini,
quæ contigerunt multo ante annos duodecim. Non
igitur vigeat præceptum in contrarium.

*Eunuchi Canda-
cis Reginae con-
uersio.*

*Cornelij conuer-
sio.*

Petrus ad Iu-
dæos.

In quorum confirmationem adduco respon-
sionem factam à Petro Actor. 11. ad dubitationem, & 3
admirationem aliquorum discipulorum existiman-
tium adhuc vigere præceptum factum ante mortem
Christi, dicentium: *Quare introisti ad viros præputiū
habentes, idest ad Gentiles, & manducatis cum illis?*
Responsio Petri relata in decreto cap. Petrus 2. q. 7.
*Eandem gratiam dedit illis Deus sicut & vobis. ego quis
eram qui possem prohibere Deum? Quibus auditis ta-
cuerunt, & glorificauerunt Deum, dicentes: Ergo &
gentibus penitentiam dedit Deus ad vitam.*

Petrus ad Iu-
dæos.

Tum quia idem Petrus in concione habita coram
Iudæis, referente Luca Actorū 10. dicens: *Aperiens 4
Petrus os suum dixit: In veritate comperio quia non est
personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet
eum, & operatus est iustitiam acceptus est illi.* Hæc ibi.

Concio Petri ad
Iudæos.

Tum etiam quia eodem Luca referente Actor. 2. 5
aliam concionem Petri habitam coram Iudæis, pau-
lo post visibilem missionem Spiritus sancti, refert
Iocelis 2. 6
Petrus auctoritatem Iocelis c. 2. *Effundam de spiritu
meo super omnem carnem, &c. & omnis quicumque inuo-
cauerit nomen Domini saluus erit.* Abrogatum est igitur
illud primum præceptum, & vigeat secundum,
quod prædicarent Apostoli in vniuersum mundum
omni creaturæ.

§. XIII.

*Probatur diuisio Apostolorum ad prædicandum Euan-
gelium per vniuersum mundum.*

S V M M A R I V M.

1 Post conuersionem Pauli.

2 Tria notatu digna concluduntur ex dictis.

Quod

1 **Q**uod autem Apostoli diuisi fuerint ad prædicā-
dum Euāgelium omni creaturæ per vniuersum
orbem paulo post acceptum Spiritum sanctum, pro-
batur manifeste ex dictis Pauli ad Galatas cap. 1. vbi
narrata sua conuersione primo anno post ascensio-
nem Domini, dicit se abiisse in Arabiam, *ut euange-
lizaret filium Dei in gentibus.* deinde post annos tres
venisse Ierosolymam ad videndum Petrum, *vbi, in-
quit, mansi apud eum diebus quindecim, alium autem
Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domi-
ni.* Vbi dat rationem Hieronymus, quia alij Apo-
stoli ad Euangelium prædicandum toto fuerant or-
be dispersi. Idem affirmant fere omnes sancti Pa-
tres, & præsertim noster Lucius Dexter in sua omni-
moda historia.

Post conuersio-
nem Pauli.

2 Ex quibus concludo tria. Primo, quod diuus Pau-
lus incepit suam prædicationem à Gentilibus, non
à Iudæis. Secundo, concludo quod diuus Paulus ve-
niens ad videndum Petrum, tantum inuenit in Iudæa
Petrum & Iacobum minorem in Episcopatu residen-
tem Ierosolymis, quia reliqui Apostoli Euangeliū
prædicabant per vniuersum mundum. Tertio, con-
cludo falsum esse quod asseritur de præcepto Apo-
stolis facto ne prædicarent Gentilibus ante annos
duodecim, quia tale præceptum non ignorasset Pau-
lus edoctus à Spiritu sancto.

Tria notatu di-
gna concludun-
tur ex dictis.

§. XIII.

Ampliatur nostra sententia.

S V M M A R I V M.

1 Alia concio Petri.

2 In ciuitates Samaritanorum prædicarunt Apostoli
S j verbum

verbum Dei.

3 *Multa in fauorem Gentilium fecit Christus.*

*Alia con-
clio Petri,*

OMnem quæstionis difficultatem tollit Diuus Petrus Actorum cap. 15. dicens: *Viri fratres* I vos scitis quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire gentes verbum Euangelij, & credere: & qui nouit corda Deus testimonium perhibuit, dans illis Spiritum sanctum sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos & illos. De hoc igitur non est amplius dubitandum.

Et licet ante mortem Christi tale præceptum vigere videatur Apostolis factum, ne in viam gentium abirent, & ne in ciuitates Samaritanorum intrarent, Matth. 10. tamẽ hoc primum dictum de ciuitatibus Samaritanorum abrogatum inuenimus Actorum 8. ubi refert Lucas, *Quod cum audiuissent Apostoli qui* 2 *erant Ierosolymis, quod recepisset Samaria verbum Domini, miserunt ad eos Petrum & Ioannem.* Ergo reuera tale præceptum fuit abolitum, non solum post mortem Christi, sed etiam ipsemet Christus ante mortem multa in fauorem Gentilium fecit, ma- 3 xime rogatus ab Apostolis: sanauit filiam Cananæ Gentilis, dicens: *O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis,* Matth. 15. sanauit etiam puerum Gentilis Centurionis, dicens: *Non inueni tantam fidem in Israel,* Matthæi 8.

S. xv.

Hoc epilogo animantur fideles ab Authore, vt persistant in hac vera sententia.

S V M M A R I V M.

1 *Venit diuus Iacobus ad Hispaniam.*

2 *Ad*

2 *Ad conuertendos Iudæos, & Gentiles.*

PRocul igitur sit ab omnibus Christifidelibus talis dubitatio, an aliquod præceptum factum fuerit Apostolis ne gentibus prædicarent Christi fidem ante conuersionem perfidorum Iudæorum, neque aliquod tempus duodecim annorum fuisse præscriptum ne discederent ab Ierosolymis & Iudæa, sed congruum visum fuisse Apostolis, vt prædicatio Euangelij inciperet à Iudæa. Et sic Iacobus prædicata Christi domini diuinitate in Iudæa p̄ spatiũ vnus anni ad nostram Hispaniam venire dignatus est, ad conuersionem Hispanorum, multosq̄. ibi ad fidem conuertit, saltem non tam paucos vt nostri emuli contendunt, sicut probauimus. Superfluum igitur est tot Iudæorum colonias inuestigare in Hispania, existimantibus quod Iacobus venerit in Hispaniam ad conuersionem Iudæorum tantum, & non Gentiliũ, 2 timentibus præceptum Domini (vt dicunt) Apostolis factum, attendant quæso quam debili nituntur fundamento.

*Venit Iacobus
ad Hispaniam*

*Ad conuertendos
Iudæos, &
Gentiles.*

S. xvi.

Epilogus digressionum, & continuatio Authoris.

His igitur digressionibus non extra rem intermissis, enumerando antiquissimos Sanctos, (etiam de tempore Apostolorum, & præsertim de sanctis discipulis diui Iacobi, dum legem Euangelicam in Hispaniam seminauit, non obstante prætenso præcepto, de quo dictum est) non aliter canonizatos, quam per Episcopos, & postea per vniuersam Ecclesiam tanquam Sanctos canonizatos accepta-

S ij tos,

tos, habitos, & tentos, cum scientia & patientia Romani Pontificis. Imo accedente eius approbatione, acceptatione, & consensu, nō solum tacito, sed expresso, ad nostrū propositum redeamus, continuando ea quæ in cap. 2. inceperamus de canonizatione Sanctorum in honorem sancti Ollegarij, cuius fuit nostra proposita disputatio, an aliquando licuerit Episcopis sanctos canonizare, quod existimamus probasse autoritatibus sacræ scripturæ, & sacrorū canonum decretis. Nunc probanda est nostra sententia autoritatibus sanctorum Patrum, & aliorum grauissimorum Doctorum.

§. xvii.

Probatur licuisse Episcopis sanctos canonizare autoritatibus sanctorum Patrum, & grauissimorum dictis doctorum.

Bellarminus

Illustrissimi & Reuerendissimi Cardinalis Bellarminij, ad hunc effectum sæpe allegati, qui hanc sententiam approbat autoritas est præ ceteris anteposenda, & confirmatur autoritate Cypriani. Legatur etiam antiquissimus sanctus Episcopus Cyprianus martyr lib. 3. epist. 6. vbi mandat vt martyribus gloriosa voce Domino confessis, & mortuis, in carcere constitutis, & eorum corporibus obsequia honoris præstent, (inquit) si ego præsens essem solemni ministerio complem, idest canonizarem, fortissimos fratres nostros, vt inter beatos martyres aggregentur, & dies mortis celebrentur, & oblationes, & sacrificia celebrabimus: vt latius in dicta epistola habetur.

Ibidem

Ibidem refert Cyprianus de Tertullo Episcopo idem faciente. Ex quibus nota quomodo Cyprianus Episcopus, & alij antiquissimi Episcopi non dubitabant Sanctos canonizare.

Episcopi Europæ ad Leonem Imperatorem scripserunt, vt refert Bellarminus de beatificatione Sanctorum cap. 19. lib. 1. controuers. 4. Nos sanctissimū Proterum in choro & ordine sanctorum martyrum ponimus, (idest canonizamus) & eius intercessione misericordem, ac propitium Deum habere postulamus. Constat igitur Episcopos illorum temporum Sanctos canonizasse, eosque tanquam sanctos inuocasse, quorum intercessione Deum sibi misericordē & propitium postulabant.

Thomas Vualdensis vir doctissimus contra hæreticos nostri temporis, tomo secundo de Sanctis canonizandis cap. 122. clarè, apertè, & manifestè tenet esse de iure & autoritate Episcopali Sanctos canonizare, sub his verbis: Ideo sine trepidatione confidit Ecclesia, quod Episcopus petit & iudicat circa mortuos, quæ soli Deo sunt placita. Et infra: Etsi eam mortui vitam inuenerit, Sanctorum cultu dignam, autoritate Episcopali confidenter exprimere sanctum Dei plebibus venerandum. Vbi latius Vualdensis de canonizatione sanctorum tractat, autoritatibus sacræ Scripturæ, & plurium Sanctorū, probatque ad Episcopum pertinere Sanctos canonizare.

§. xviii.

Disputat Maluisus questionem in utranque partem, an liceat Episcopis Sanctos canonizare.

SVM.

S V M M A R I V M.

- 1 Concordia quaestionis.
- 2 Papa sibi reseruare potuit canonizationem Sanctorum.
- 3 Quod Principi placuit legis habet vigorem.
- 4 Plures sancti canonizati per Episcopos.

M Aluisius in tract. de canonizatione Sanctorum §. sequitur secundo, nu. 1. to. 14. quaestionem hanc in vtramque partem large exagitat, & validissima argumeta adducit in fauorem opinionis, quod Episcopus in sua dioecesi potest Sanctos canonizare, a num. 1. vsque ad num. 5. & citat Vincentium relatum per Abbatem cap. vltimo de ferijs, num. 4. Quam opinionem refert glo. in d. cap. 1. de consecr. dist. 3. in verbo Festiuitates, & tandem inclinare videtur in opinionem, quod solus Papa potest sanctos canonizare: quam etiam tenet glo. in cap. gloriosus de reliq. & vener. sanct. in verbo Sedis. Io. Andraeas, Abbas, & Innocentius.

Concordia quaestionis. Si tamen distinguamus tempora, concordabimus iura, & doctorum opiniones, vt praclare dictus Illustrissimus Bellarminus Cardinalis distinxit: nam vel loquimur de authoritate Episcoporum, ad canonizandum & beatificandum sanctos ante reseruaciones Alexandri & Innocentij, vel post. Clarum enim est, manifestum, & de iure, quod Papa potuit sibi hunc actum canonizationis SS. reseruare, & post reseruacionem prohibitum & interdictum esse Episcopis sanctos canonizare & beatificare: quia Papa, teste Remigio, est pater patrum, & praelatus supremus, ac princeps omnium Apostolorum, & Episcoporum, cap. in

Papa reseruare potuit sibi canonizationem SS.

cap. in nouo, 21. distinct. sub his verbis: *Ceteri vero Apostoli cum eodem Petro, pari consortio, honorem & potestatem acceperunt, ipsumque Principem eorum esse voluerunt.* & cap. puto 2. quaestione 7. dicitur: *Quis enim nescit illum Apostolatus principatum cui libet Episcopatus praferendum?* & cap. cuncta per mundum 1. q. 3. cap. ita dominus 19. dist. & vt princeps & petra super quam Christus aedificauit Ecclesiam suam, potuit constituere, ordinare, & reseruare sibi hunc actum canonizationis, & ligare subditos suos, cap. 1. de consti. in 6. cap. 1. de censib. inst. de iure natu. gen. §. sed & quod principi placuit legis habet vigorem ff. de origi. iuris. l. 2. §. deinde cum esset, & §. nouissime, & l. 1. de const. princip. maxime in causis maioribus, & in rebus arduis & fidei. cap. maiores de baptismo. cap. quoties 24. q. 1. cap. huic soli sedi 17. distinct.

Item non minus clarum & manifestum est de iure Episcopos ante reseruacionem a Romano Pontifice factam, potuisse per allegatas rationes, & de facto canonizasse & beatificasse innumeram multitudinem antiquorum sanctorum, quisque in sua dioecesi, quorum plures postea vniuersalis Ecclesia veneratur, non minus quam si Romanus Pontifex eos canonizasset. Igitur opinio Io. Andr. Innoc. Abb. & glo. quam refert dictus Maluisius loco citato, intelligenda est, quod post reseruacionem per Alexandrum Tertium & Innocentium Tertium factas in Concilijs Lateranen. solus Papa potest sanctos canonizare, & in hoc sensu omnes concordamus: imo expressa est haec opinio & sententia dicti Illustrissimi & Reuerendissimi Cardinalis Bellarminij, quam omnes Catholici profiteamur.

Quod Principi placuit legis habet vigorem.

Plures Sancti canonizati per Episcopos

§. XVIII.

*Ratio decidendi quare licuerit, vel non licuerit Episcopos
sanctos canonizare.*

S V M M A R I V M.

- 1 Ratio decidendi.
- 2 Confirmatur ratio.

*Ratio deciden
di.*

Rationem autem decidendi desumo ex eodem I
Abbate & cæteris alijs doctoribus. Quare (in-
quiunt) solus Papa potest Sanctos canonizare? &
respondent: Quia sic definitum est in cap. 1. de reli-
qu. & veneratio. Sanctor. Ergo ante definitionem il-
lorum decretorum non erat prohibitum Episcopis
Sanctos canonizare. Quam rationem decidendi 2
confirmo ex verbis eiusdem textus. *Illum ergo non
presumatis de cætero colere. De cætero enim est
idem quod deinceps, in posterum, & futuris tempo-
ribus. Necessario igitur concedendum est, quod
ante eam decisionem & decretum fuit licitum Epi-
scopis colere sanctos, & suis subditis colendos tra-
dere, vt dictum est supra, ex decisionibus cap. 1. de
consecrat. dist. 3. & cap. conquestus, de ferijs. Quasi
dicat Alexander. Quamuis vsque ad præsentiarum
licuerit Episcopis Sanctos colere, seu canonizare,
de cætero verò non præsumatis id facere absque au-
thoritate Romanæ Ecclesiæ. Quam sententiam his
alijs rationibus confirmamus cap. sequenti.*

Confirmatur

CAPVT TERTIVM.

**Rationes ad probandum licere Episco-
pis Sanctos canonizare.**

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus est legatus Dei.
- 2 Episcopi succedunt in locum Apostolorum.
- 3 Episcopus est oculus Dei.
- 4 Episcopi successerunt in locum Apostolorum, & sunt
pares Petro.
- 5 Sunt pares in ordine & consecratione.
- 6 Apostolis omnibus parem potestatem tribuit Dominus.
- 7 Petrus maior est alijs in administratione.
- 8 Papa non est maior Episcopo dignitate, sed admini-
stratione.
- 9 Ordo Episcopatus est maior omnibus ordinibus.
- 10 Papa vocatur Episcopus.
- 11 Episcopi dicuntur fundamenta Ecclesiæ.
- 12 Episcopi dicuntur columnæ Ecclesiæ.
- 13 Episcopus est manifestatiuus diuinorum iudiciorum,
& Angelus exercituum Domini.
- 14 Papa vocat Episcopos sanctissimos, Christi legatos,
patres spirituales, fratres suos, Coepiscopos, & Ec-
clesiæ columnas.
- 15 Papa vocat Episcopos summos Pontifices.
- 16 Sententia diui Thomæ.
- 17 Episcopi habent iurisdictionem à Spiritu sancto.
- 18 Nullo iure erat prohibitum Episcopis SS. canonizare.



HIS rationibus probatur licuisse
Episcopis Sanctos canonizare an-
te reservationem.

Prima ratio. Quia Episcopus
est legatus Dei, cap. sicut vir 7. q.
1. & ibi glo. & Doctores in verbo
Legatū Dei. cap. in nouo 21. dist. 1

*Episcopus est le-
gatus Dei.
Episcopi succe-
dunt in locum
Apostolorum.*

vbi expresse dicit Anacletus, quod Episcopi succes-
serunt in locum Apostolorum, & quod Episcopi
funguntur Dei legatione: & idem affirmatur in fine 2
cap. accusatio 2. q. 7. cap. quorum vices 68. distinct.
Clem. 1. §. nec super, de pœnis, vbi Episcopi dicun-
tur sanctissimi, Christi legati, patres spirituales, fra-
tres Papæ, Coepiscopi, & columnæ Ecclesiæ.

Oculus Dei:

Secunda. Quia Episcopus est oculus Dei, c. oues 3
6. q. 1. glo. in verbo Oculus in c. 1. 89. dist. vbi dicitur,
quod per oculum intelliguntur maiores in Ec-
clesia, qui sunt Episcopi.

Tertia. Quia Episcopi succedunt in locum Apo-
stolorum, Concil. Triden. sess. 23. ca. 4. & c. legimus 4
9. dist. circa med. cap. videntes 12. q. 1. & quod Apo-
stoli sunt pares Petro, d. cap. in nouo, vtrūque enim
ibi affirmatur, & quod Episcopi succedunt in locum
Apostolorum, & quod Apostoli sunt pares Petro,
& glo. in verbo Pari consortio dicit, quod sunt pa- 5
res in ordine & consecratione, & c. loquitur 24. q. 1.
dicitur Apostolis omnibus parem potestatem tribuit 6
Dominus. & infra dicit, Apostoli pari consortio pre-
diti & honoris & potestatis: sed Petrus maior est a-
lijs in administratione, additio etiam ad glo. in ver- 7
bo Cuilibet, c. puto 2. q. 7.

*Sunt pares in or-
dine & consecra-
tione.*

*Apostolis pari
potestatem tri-
buit Dominus.
Petrus maior
est alijs admini-
stratione.*

*Papa non est
maior Episcopo
dignitate, sed*

Quarta. Quia Papa non est maior Episcopo di- 8
gnitate, sed administratione, vt dictum est d. cap. in
nouo,

*Capitulum
tercium*

nouo, cap. legimus 93. dist. & in glo. allegatis.

9 Quinta. Quia ordo Episcopatus est maior omni-
bus ordinibus, glo. recepta in proœmio sexti in ver-
bo Episcopus. ideo Papa vocatur Episcopus.

10 Sexta. Quia Episcopi dicuntur fundamenta Ec-
clesiæ, cap. fundamenta, de elect. in 6.

11 Septima. Quia Episcopi dicuntur columnæ Ec-
clesiæ, cap. accusatio 2. q. 7. §. hæc & alia.

12 Octava. Quia Episcopus est manifestatiuus diui-
norum iudiciorum, iuxta illud, Angelus Domini e-
xercituum est, Thomas Vuald. to. 2. titu. 14. de San-
ctis canonizandis c. 122. in vers. Dionysius.

13 Nona. Quia Papa vocat Episcopos sanctissimos,
Christi legatos, patres spirituales, fratres suos, coe-
piscopos, & ecclesiæ columnas, Clem. 1. de pœn. §.
nec super hæc, & alibi passim.

14 Decima. Quia Melchisedes Papa Episcopos vo-
cat summos Pontifices, vt refertur de consecra. dist.
5. cap. de his.

15 Vndecima. Quia diuus Thomas lectio. 1. in 2. ad
Corinth. c. 1. dicit, quod soli Apostoli electi & missi
sunt principaliter à Christo, alij autem discipuli Do-
mini non missi sunt principaliter, sed secundo, &
inde est quod Apostolis succedunt Episcopi, qui ha-
bent specialem curam gregis Domini, alij autem sa-
cerdotes succedunt septuaginta duobus discipulis,
qui gerunt vices commissas sibi ab Episcopis. Hæc
ille.

16 Duodecima. Quia Episcopi à Spiritu sancto ha-
bent immediate suam iurisdictionem, vt tradit Lu-
cas, referens verba Pauli Actor. 20. sub his verbis:
*Audite vobis & uniuerso gregi, in quo vos Spiritus san-
ctus posuit, Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam*
acquisiuit

*administratio-
ne.*

*Ordo Episcopa-
tus maior omni-
bus ordinibus.*

*Papa vocatur
Episcopus.*

*Episcopi funda-
menta Ecclesiæ*

*Columnæ Eccle-
siæ*

*Manifestati-
uus diuinorum*

iudiciorum, &

*Angelus exerci-
tuum Domini.*

*Tituli Episcopo-
rum.*

*Episcopos sum-
mos Pontifices.*

*Sententia Diui
Thome.*

*Episcopi habent
iurisdictionem*

à Spiritu sancto

acquirit sanguine suo, & referuntur hæc verba in d.c. 4. sess. 23. per Conci. Trident. & in cano. legimus 93. dist.

Ex quibus verificatur doctrina Illustrissimi Cardinalis Bellarmini, quod Episcopi ante reservationem canonizationis Sanctorum Sanctos canonizarunt & beatificarunt: quia nullo iure erat illis prohibitum: imo per supradictas rationes erat licitum Episcopis sanctos canonizare & beatificare. Si Petro & eius successoribus licet sanctos canonizare, ergo & Apostolis licuit, cum sint pares Petro, ergo & Episcopis cum succedant in locum Apostolorum, licet etiam sanctos canonizare.

Has duodecim rationes noluit author longius hoc loco protrahere, sed sic plicatas breui suas vires, & authoritates significare: norunt enim sapientes his librum hoc maiorem confici licere,

quas lectorum captui & peritiam commendatas relinquit. Parum

tamen super his succin-

cte dicere postu-

lat ratio, vt

clarius

de canonizatione San-

ctorum procedi possit.

*Nullo iure erat
prohibitum Epi
scopis S. S. ca
nonizare.*

CAPVT QVARTVM.

Quomodo Episcopi succedunt in locum
Apostolorum, vt possint Sanctos
canonizare & beatificare.

&

Quomodo Apostoli sunt pares Petro.

&

Quomodo Petrus est maior & Præla-
tus omnium Apostolorum.

§. 1.

*Proponitur quomodo dominus Papa est princeps omnium
Apostolorum, & Episcoporum.*

S V M M A R I V M.

Ratio dubitandi.



PROPOSITIONES quas protuli capite 2. & cap. 3. fere per totum, nunc dilucidius ea qua potero breuitate & dexteritate intelligendas esse declaro, iuxta doctrinas & Doctores in fine huius capituli allegatas, ne sæpe eadem repetere cogerer. Habent enim non modicam difficultatem, imo maximam controuersiam inter se præ

Ratio dubitan-
di,

se præferunt. Si enim Paulus Quintus verus & legitimus Papa est successor sancti Petri, prout est, & omnes Apostoli sunt pares Petro, & Episcopi succedunt in locum Apostolorum, patet ansa & ratio dubitandi, quomodo Papa est Prælatus supremus, & princeps omnium Apostolorum & Episcoporum.

§. II.

Potestas ordinis, & iurisdictionis.

S V M M A R I V M.

- 1 Duplex potestas.
- 2 Iurisdictionis duplex.
- 3 Claves.

Duplex potestas

Iurisdictionis
duplex.

Claves.

AD tollendam ergo hanc dubitandi rationem præmitto distinctionem, tam a Iurisperitis, quam a Theologis receptam, duplicem esse potestatem Ecclesiasticam, vnam ordinis, alteram iurisdictionis. Hæc autem potestas iurisdictionis duplex est: vna in foro interiori & animæ, alia in foro exteriori. Quæ potestates & iurisdictiones Ecclesiasticæ claves appellantur, d. cap. in nouo 21. dist. cap. vt cõstitueretur 50. dist. glo. in cap. decretales dist. 20. Antonin. 4. part. tit. 12. cap. 4. §. 5. Theologi cum Magistro in 4. distinct. 18. & alij, quos refert Henriquez libro 6. cap. 1.

§. III.

De potestatis ordinis susceptione.

S V M M A R I V M.

- 1 Ordinis potestas.

2 Im-

- 2 Immediatione suppositi.
- 3 Immediatione virtutis.

- 1 **P**rimo dico de potestate ordinis: hanc immediate & æqualiter immediatione suppositi Petrus & reliqui Apostoli susceperunt à Christo domino, cap. firmiter, de summ. Trinit. & fid. cath. §. vna. verf. Et hoc vtique sacramentum. Cæterum summi Pontifices successores Petri Christi Vicarij, & reliqui Episcopi Apostolorum successores, & cæteri presbyteri, suffulti in locum septuaginta duorum discipulorum Christi, immediate & æqualiter susceperunt & suscipiunt potestatem ordinis, non immediatione suppositi, sed immediatione virtutis ab eodem Christo domino.

Ordinis potestas

Immediatione
suppositi.Immediatione
virtutis.

§. II II.

Differentia susceptionis potestatis ordinis inter Apostolos, Episcopos, & presbyteros.

S V M M A R I V M.

- 1 Differentia inter Apostolos.
- 2 Inter reliquos Prælatos.

- 1 **H**Ac inter eos stante differentia, quod duodecim Apostoli primo & per se, nullo alio mediante ministro, aut instrumento, hanc potestatem acceperunt ab eodem Christo domino, vt authore, per suam potestatem excellentiæ prædictam ordinis potestatem recipere meruerunt.
- 2 Reliqui verò Episcopi & presbyteri hanc potestatem ordinis à Christo domino æqualiter etiam & im-

Differentia inter
Apostolos.Inter reliquos
Prælatos.

immediate receperunt, ministerio tamen summi Pontificis, aut aliorum Episcoporum. Confertur enim per consecrationem, quæ æque operatur in vno atque in alio, per virtutem Christi, immediate autem ordinatum & consecratum, iuxta qualitatem ordinum & characterum, ut late de hac potestate ordinis tractat Turrecremata lib. 1. c. 93. & Bellarmin. in 3. controu. de summo Ponti. lib. 4.

§. v.

D. Petrus in institutione ordinis sacerdotalis est Prælatu: super omnes, etiam super Apostolos

S V M M A R I V M.

- 1 Pares in ordine.
- 2 Petrus primus in ordine.
- 3 Prælatu: supremus.

Pares in ordine

ET quamvis Petrus, & reliqui Apostoli, Episcopi, & presbyteri in hac potestate ordinis sint pares, videlicet ad conficiendum & consecrandum pretiosissimum corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi: negari tamen non potest quod in vnoquoque genere non reperiatur aliquod primum, quod est norma & regula cæterorum, teste Philosopho. & cum primus inter Apostolos sit Petrus Christi Vicarius, quod ipse etiam in hac potestate, & institutione sacerdotali, est etiam primus, maior, & prælatu: supremus, ut etiam expresse tenet Clemens in cap. in illis 80. dist. sub his verbis: Quoniam nec inter Apostolos par institutio fuit: sed vnus, scilicet Petrus, omnibus præfuit, cap. quamvis 21. dist. & c. cum

Petrus primus
in ordine,Prælatu: supre-
mus,Capitulum
quartum

cum beatissimus Petrus 24. q. 1. & c. ita dominus 19. distin. vbi sic habetur, ex Leone Primo desumpto. *Sed huius muneris s. sacramentum ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, ut in beatissimo Petro, Apostolorum omnium summo, principaliter collocaret.* Quibus eisdem expressis verbis utitur Nicolaus Tertius, ut legitur in cap. fundamenta, de electio. lib. 6. Ex quibus clare constat Petrum etiam in institutione huius sacramenti, à Christo domino fuisse electum & institutum prælatum super omnes, etiam Apostolos.

§. v i.

De iurisdictionis interioris & potestatis susceptione.

S V M M A R I V M.

- 1 Potestas interior iurisdictionis.
- 2 Per consecrationem.
- 3 Potestas ligata.
- 4 Sunt pares Petro.
- 5 Petrus est etiam Prælatu: in hac iurisdictione.

DE potestate autem iurisdictionis interioris, & in foro animæ, licet non omnes Doctores concordent, communis est tamen sententia Theologorum, & iurisperitorum, quod hæc potestas iurisdictionis interioris datur & confertur secundo & consequenter, saltem quantum ad habitum per eandem consecrationem, qua confertur potestas ordinis, licet per expressa & diuersa verba. *Accipite Spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, &c.* quoad

Potestas interi-
or iurisdictionisPer consecratio-
nem.

V) exerci-

Potestas ligata.

exercitium autem hæc potestas est ligata, præter ca- 3
sum necessitatis, quousque superior & prælatus, pro-
prias oues, aut commendatas assignet: soli enim Pe-
tro, & in eo successoribus, dictum est. *Pasce oues meas*,
Ioa. 21. quæ per totum orbem dispersæ sunt. Et de his
duabus potestatibus, ordinis & iurisdictionis inte-
rioris, est vera propositio: quod omnes Apostoli,
Episcopi, & presbyteri sunt pares Petro, licet in e- 4
xercitio & administratione huius interioris iuridi-
ctionis Petrus etiam sit maior, cum sit caput, prin-
ceps, & prælatus omnium, etiam Apostolorum, cum 5
sint etiam de numero ouium pasendarum a Petro,
per ea quæ tradit Ioannes Hieronymus Albani de
potestate Papæ n. 53. to. 13. & Ioannes a Capistrano
nu. 12. par. 3. 2. partis tract. eodem de authori. Pape.

Sunt pares Pe- tro.

Petrus est etiã prælatus in hac iurisdictione.

§. VII.

Episcopi in quibus succedunt Apostolis.

S V M M A R I V M.

- 1 Priuilegium personale Apostolorum.
- 2 Successorum Apostolorum limitatio.
- 3 Sedes Apostolorum & Episcoporum.
- 4 Donum linguarum.
- 5 Papa est hæres Apostolorum.

Priuilegiũ per- sonale Apostolo- rum.

Apostoli verò ex priuilegio personali parem hanc 1
potestatem cum Petro habuerunt, Ioann. 20. *Sic-
cut misit me pater, & ego mitto vos*, & refertur cap. lo-
quitur 24. qu. 1. in toto orbe, d. cap. in nouo 21. dist.
Et licet Episcopi sint successores Apostolorum in po-
testate ordinis & iurisdictionis, cap. quorum vices

2 68. dist. Non tamen in priuilegijs Apostolorum, vi-
delicet non in toto orbe, sed in suis tantum diocesi-
3 bus, cap. nullus, de parochijs, nec in sede. Non enim
Episcoporum sedes dicitur Apostolica, sed Episco-
palis, sicut sedes vniuscuiusque Apostoli dicitur Apo-
stolica. Nec succedunt Episcopi Apostolis in dono
4 linguarum, prophetiæ, & miraculorum: nec succe-
dunt Apostolis in modo recipiendi potestatem, quia
Apostoli eam receperunt immediate à Christo, Epi-
scopi verò eam immediate receperunt a Petro, & à
suis successoribus Vicarijs Christi, vt statim dicitur.
Nec Episcopi succedunt Apostolis iure hæreditario
in dignitate & honore Apostolico, quia, vt inquit
5 Bernar. ad Eugenium, Papa est hæres Apostolorum.

Successorũ Apo- stolorum limi- tatio.

Sedes Apostolo- rum & Episco- porum.

Donum lingua- rum.

Papa est hæres Apostolorum.

§. VIII.

De potestate iurisdictionis in foro exteriori.

S V M M A R I V M.

- 1 Apostoli pares Petro.
- 2 Potestas ordinaria in Petro.
- 3 In Apostolis delegata.

De potestate autem iurisdictionis in foro exte-
ri, maior est Doctorum discordia: sed iuxta cõ-
munem sententiam iuris peritorum & Theologorum,
in Petro & Apostolis sic loquuntur. Quod à Christo
domino æqualiter & immediate receperunt omnem
1 potestatem & iurisdictionem: & sic omnes Apосто-
li fuerunt pares Petro. In Petro tamen fuit ordinaria
2 potestas & iurisdictione plenissima, per ea quæ dicta
sunt supra §. v. etiã in Apostolos, cum sint de numero

Apostoli pares Petro.

Potestas ordina- ria in Petro.

In Apostolice
legata.

ouium pascendarum a Petro, ut dictum est: in ipsis
vero Apostolis fuit ipsa potestas & iurisdictio etiam
plenissima ex privilegio, extraordinaria tamen &
quasi delegata, iuxta doctrinas & Doctores allega-
tos infra §. 12.

§. VIII.

*Differentia potestatis & iurisdictio-
nis exterioris
inter Petrum, & eius successores, &
Episcopos.*

S V M M A R I V M.

- 1 In summo Pontifice ordinaria.
- 2 Episcopi iurisdictio a Papa recepta.
- 3 Regimen Ecclesie est monarchicum.

In summo Pon-
tificis ordina-
tia.

In summis Pontificibus successoribus Petri est ip-
sa iurisdictio & plenissima potestas ordinaria im-
mediate a Christo domino, sicut in Petro, supposi-
ta legitima electione, cap. nouit, de iudicijs. cap. cu
ex eo, de poenit. & remiss. in fin. & per alia supra alle-
gata iura vulgata.

Episcopi iuris-
dictio a Papa
recepta.

In Episcopis vero hæc potestas & iurisdictio est
immediate a summo Pontifice, & eo mediante, a
Christo domino, cap. in nouo, dist. 21. Diuus Thom.
in tractatu contra errores Græcorum cap. 66. & 67.
Episcopis etiam, presbyteris, & omnibus Christi fi-
delibus per Apostolos creatis & conuersis in prouin-
tia cuique illorum contingente, fuit traditum in ma-
nibus ab eisdem Apostolis, ut recognoscerent Petrum
& eius successores, tanquam principem, & totius or-
bis pastorem: & e conuerso Petrus mandauit omni-
bus

bus Principibus terræ, & cæteris hominibus, ut obe-
dient Episcopis, cap. omnes principes, de maiorita.
& obediens. & cap. si autem 11. q. 3. & confirmatur,
quoniam ut probat Bellarminus lib. citato cap. 24.
regimen huius Ecclesie visibile est monarchicum,
ut idem D. Tho. docet 2. 2. q. 1. art. 1. cuius caput vi-
sibile est hodie Paulus V. verus Petri successor.

Regimen Eccle-
sie est monar-
chicum.

§. X.

*Canonizatio sanctorum pertinet ad iurisdictio-
nem
exteriorem.*

S V M M A R I V M.

- 1 Petrus non potuit abdicare ab Apostolis potestatem ca-
nonizandi sanctos.
- 2 Papa potest sibi reseruare canonizationem.
- 3 Episcopi in parte sollicitudinis, non in plenitudine po-
testatis.

ET cum canonizatio & Sanctorum beatificatio
contineatur sub potestate iurisdictio-
nis exterioris, certum est hanc iurisdictio-
nem canonizandi & beatificandi sanctos esse communem Petro & Apo-
stolis: nec potuisse Petrum hanc iurisdictio-
nem abdicare ab Apostolis, & eam sibi reseruare, quia eam
æqualiter participarunt a Christo domino, per iura
allegata.

Petrus non po-
tuit abdicare
ab Apostolis po-
testatem cano-
nizandi sanctos.

Cæterum aliter iudicamus de Episcopis, quia, ut
dictum est, hanc potestatem iurisdictio-
nis exterioris receperunt a Petro, & ab eius successoribus: &
ideo licet succedant Apostolis, ut dictum est, quia
tamen suam potestatem iurisdictio-
nis exterioris re-

Papa potest si-
bi referuare ca-
nonizationem.

Episcopi in par-
tesollicitudinis,
non in plenitu-
dine potestatis.

ceperunt à Petro, vel ab eius successoribus, potuit 2
Petrus & eius successores hanc iurisdictionem con-
cessam Episcopis limitare, & sibi referuare, & retinere
nere primatiue ad Episcopos: quoniam vocati sunt
in partem sollicitudinis, non in plenitudinem pote-
statis sicut Papa, cap. ad honorem, de aut. & vsu pal-
lij, cap. decreto nostro 2. q. 6. cap. qui se fecit eadem.
maxime in causis maioribus, & rebus arduis, & fidei,
vt dictum est supra in capite 2.

§. XI.

Apostoli non interueniunt in electione Petri in summum
Pontificem electi, sicut Cardinales in electione
suarum Pontificis.

S V M M A R I V M

- 1 Petrus clauiger.
- 2 Apostoli non elegerunt Petrum.
- 3 Intellectus ad cap. in nouo.

Petrum Christus dñs creauerit in suum Vicarium
& super hanc petram ædificauerit Ecclesia
suam, quem regni cœlestis clauigerum, (culque ter-
reni simul & cœlestis imperij iura commisit, c. om-
nes 22. dist. 1.) & suarum ouium pastorem constituit,
vt patet Matth. 16. & 18. & Ioann. 20. & 21. & habe-
tur in cap. solus, de maiorita. & obediens. cap. sacro
sancta 22. dist. & alibi pluries. Non potest ex cap. in
nouo 21. dist. inferri Apostolos concurrisse in ele-
ctione Petri, quamuis dicat ibi Anacletus Papa, qd
Apostoli Petrum eorum principem esse voluerunt:
sed tantum ex illis verbis licet inferre, quod post-
quam

Apostoli non ele-
gerunt Petrum.
Intellectus ad
cap. in nouo.

quam Christus dominus illum creauerit summum
Pontificem; Apostoli ex post facto voluntati diu-
inæ acquieuerunt. Sicut tunc tota Ecclesia post ele-
ctionem Pauli V. Pontificis Maximi, interiori actu
voluntatis consentit, & exteriori per adorationem
demonstrat obedientiam sancti cuius debitam. Sic
tunc post electionem à Christo factam de Petro sum-
mo Pontifice, Apostoli voluerunt ipsum Petrum eo-
rum esse Principem, etiam si alias in dignitate & ho-
nore essent pares. Eo maxime quia etiam vt Apo-
stoli erant oues de grege Christi à Petro, de man-
dato Domini pascendæ.

§. XII.

Epilogus & confirmatio eorum quæ in hoc cap. 4.
traduntur.

S V M M A R I V M

- 1 Epilogus quaestionis.
- 2 Reseruatio canonizationis de tempore Alexandri & Innocentij.
- 3 Doctores in confirmationem huius capituli doctrine.

1 **E**X quibus clare & manifeste constat quomodo
Apostoli sint pares Petro, & quomodo Petrus,
vt Pastor, & omnium fidelium rector, est maior A-
postolis, & quomodo Episcopi sunt successores
Apostolorum, & inferiores Petro, & eius successoribus.
2 Item etiam concludo, & confirmo canonizationem
& Sanctorum beatificationem, non constat si-
bi referuisse successores Petri, vsq. ad tempora Ale-
xandri

Epilogus qua-
estionis.

Reseruatio ca-
nonizationis.

xandri, & Innocentij tertij, & ideo huiusmodi fuisse Episcopis, ante referuationem, Sanctos canonizare, et beatificare. Episcopus enim omnia potest si non sunt referuata e. nuper de bigamis.

Confirmatio do
Strina.

In confirmationem vero supradictorum omnium, adduco Belarminum locis citatis. Cayetanum in tractatu de auctoritate Papæ, & concil. c. 3. Sotum in 4. dist. 20. q. 1. ar. 2. Gabrielem in Cano. missæ lectione 3. Franciscum Vargas in tractatu de auctoritate summi Pontificis tom. 13. Petrum à Monte Veneti de Conc. et primatu Papæ à nu. 3. vsque ad nu. 6. Guill. Durand. de modo celebrandi conc. Rub. 4. num. 22. Cardinalem Iacobatium lib. 4. de conc. ar. 8. à n. 14. vsque ad nu. 25. & infra & lib. 6. ar. 2. à nu. 115. fere vsque in finem. & ar. 7. n. 28. & infra. Lelium Iordanum de Rom. sedis origine c. 9. nu. 8. & sequen. Michaelem Auinon de vnitae ouilis, & alios quos refert Bellarminus & Henriq. lib. 6. c. 1. in tex. & glo.

CAPVT QVINTVM.

Quod in canonizatione Sanctorum Capitulum & Canonici fuerunt & sunt necessarij Consiliarij Episcoporum.

&

Quod Illustriss. DD. Cardinales assistunt sanctiss. D. N. Papæ sicut Apostoli assisterunt Christo domino.

S. I.

S. I.

Proponitur quomodo in canonizatione Sanctorum Episcopi succedunt in locum Apostolorum: & quomodo Cardinales succedunt in locum Consilij, & Senatus Apostolorum.

S V M M A R I V M.

- 1 Ratio dubitandi de Cardinalibus.
- 2 Loco Consilij & Senatus.
- 3 Sacrum Concistorium.
- 4 Capitulum, & Canonici.
- 5 Comparatio Cardinalium, & Canoniceorum.
- 6 Vota in canonizatione Sanctorum.



X dictis non modica oritur difficultas: si Episcopi succedunt in locum Apostolorum, & reliqui presbyteri in locum septuaginta discipulorum, vt dictum est, c. 3. & 4. in quem locum succedunt Illustrissimi DD. Cardinales? qui

- 2 loco Consilij, & Senatus Sanctiss. D. N. Papæ inseruiunt; quorum Collegium sacrum Concistorium appellatur. Et an Capitulum & Canonici, necessarij Consiliarij Episcopi, succedant etiam Collegio Apostolorum, & quomodo. Et sicut Papa hoc tempore non canonizat Sanctos nisi cum voto & assistentia Cardinalium: sic Capitulum & Canonici præstare tenerentur sua suffragia, vota, & assistentiam Reuerendis.
- 6 suo Episcopo. Et an Episcopus teneretur eorum vota, & assistentiam requirere in canonizatione Sanctorum,

Ratio dubitandi de Cardinalibus.

Loco Consilij & Senatus.

Sacrum Concistorium.

Capitulum, & Canonici.

Comparatio Cardinalium, & Canoniceorum.

Vota in canonizatione Sanctorum.

X i

Sanctorum,

torum : & quamuis vnaquæque difficultas require-
ret suum proprium tractatum hoc maiorem, succin-
cte tamen dicam quod ad nostrum propositum erit
fatis. Pro quibus difficultatibus absoluendis sunt pre-
mittenda sequentia.

§. I I.

Consilium seniorum, doctorum, & prudentum est neces-
sarium habentibus iurisdictionem.

S V M M A R I V M.

- 1 Necessarium est consilium.
- 2 Consiliarij prudentes, seniores, legum conditores.
- 3 Verba Sapientie.
- 4 Seniores Moyfi.
- 5 Respectus ad seniores populi.

Necessarium est
consilium.

Primo iudica, quam necessarium sit consilium ha-
bentibus dominium, regimen, administrationem,
gubernum, & iurisdictionem, tam in personis & re-
bus temporalibus, quam spiritualibus. Ideo omnes
Principes suos habent apud se consiliarios, prudentes,
& sapientes viros, legum conditores, & seniores,
quorum consilio dominantur, regunt, administrant,
gubernant, & suas iurisdictiones exercent: probatur
ex sequentibus, Prouerbiorum 8. vbi Sapientia
sic loquitur: *Meum est consilium & æquitas, per me Re-
ges regnant, & legum conditores iusta decernunt: per me
Principes imperant, & potentes decernunt iustitiam.* Et
Exodi 30. præcepit Dominus Moyfi: *Vade & con-
grega omnes seniores Israel, quorum consilio uteba-
tur in gubernatione populi.* Et cum Saul propter
peccata

Consiliarij pru-
dentes, seniores,
legum condito-
res.

Verba Sapien-
tie.

Seniores Moyfi.

Capitulum
quartum

peccata esset deponendus à regno, deprecabatur
5 Prophetam Samuelem sic: *Honora me coram seniores
populi mei, sine quorum consilio holocausta sacrificare
ausus est, 1. Reg. cap. 15.*

Respectus ad se-
niores populi,

§. I I I.

Exemplis & auctoritatibus sacre Scripturæ probatur
necessarium esse consilium seniorum, & vi-
rorum prudentum.

S V M M A R I V M.

- 1 Septuaginta seniores appellantur presbyteri.
- 2 Res graues cum consilio.
- 3 Rex Assuerus.
- 4 Salomon.
- 5 Roboam.
- 6 Consilium iuuenum.
- 7 Roboam perdidit regnum.

SI Moyfes Spiritu sancto plenus, (cui summus Po-
tiffex succedit, vt probatur infra §. I I.) dixit Do-
mino, Numerorum 11. *Non possum solus sustinere po-
pulum hunc, cui Dominus præcepit: Congrega mihi se-
ptuaginta viros de senioribus Israel, qui appellabatur
etiam presbyteri, qui que fuerunt illi consiliarij, &
coadiutores, vt docet Anacletus, & refertur in cap.
porro Moyfi 84. diffin. quomodo solus princeps &
prælatus sine consilio seniorum res graues attinge-
re auderet? Ideo idem Moyfes, Deuteronom. 1. di-
xit ad populum: *Non valeo solus negotia vestra sustine-
re, date ex vobis viros sapientes, post quorum electio-
nem illis præcepit: Quod iustum est iudicate.* Sic Rex*

Septuaginta se-
niores appellan-
tur presbyteri.

Reges graues cu-
consilio.

Rex Affuerus. Affuerus suos consiliarios & sapientes in suis rebus 3
consulebat, Ester cap. 1. Sic sapientissimus & paci-
Salomon. ficus rex Salomon suos habebat assistentes seniores, 4
quorum consilia non spernebat, vt legitur 3. Regū
Roboam. 12. à quibus eius filius Roboam consilium petijt, di- 5
Consilia inuēti. cens: *Quod datis consilium?* licet illud non fuerit se-
quutus in perditionem suam: sed consilium iuuenū 6
& adolescentium, qui secum fuerant nutriti. Ideo in
Roboam perdi- eodem capitulo dicitur, quod Roboam perdidit re- 7
dit regnum. gnum, quia noluit audire presbyteros suos, & refer-
tur in cap. Ecclesia habet Senatum 16. qu. 1. in quo
cōcluditur nihil sine consilio Ecclesiæ Senatus age-
re licet.

§. IIII.

*Requirere consilium à sapientibus est de iure
diuino.*

S V M M A R I V M.

- 1 Consilium introductum de iure diuino.
- 2 Sine consilio nihil facies.
- 3 Difficile, aut ambiguum iudicium.
- 4 Sacerdotes Leuitici generis.
- 5 Consilium custodiet te.
- 6 Reguntur sapientia.
- 7 Plures consiliarij.
- 8 Plures seniores.

*Consilium intro-
ductum de iure
diuino.*

ET ne quis existimet hoc consilium prudentum, 1
sapientum, & seniorum introductum esse sola
Principum voluntate & consuetudine humana, au-
diat præceptum Spiritus sancti, Ecclesiasti. 32. *Fili
sine consilio ni-* *sine consilio nihil facies, & post factum non poenitebis.* 2

*Sine consilio ni-
hil facies.*

Mandat

Mandat igitur Dominus nihil faciendū esse sine con-
silio. Legat & aliud præceptum, Deuteronom. 17.
3 *Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse prospexe-* *Difficile, aut*
ris, inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, *ambiguum iu-*
lepram & non lepram, & iudicium inter portas tuas vi- *dicium.*
4 *deris verba variari, &c. venias ad sacerdotes Leuitici* *Sacerdotes Le-*
generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, queresque *uitici generis.*
ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem, &c. seque-
risque sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram,
neque ad sinistram, receptum in iure canonico, cap.
per venerabilem, qui filij sint legitimi. Consilium
igitur est introductum de iure diuino: & saltem in
re graui est necessarium semper & ad semper, quia
hoc est præceptum negatiuum, *Sine consilio nihil
facies.* Secundum vero est coarctiuum, & neces-
sarium, quod mandat sequendam esse eorum sen-
tentiam, nec excusarem principem & prælatum à
mortali, si solus & sine consilio rem grauem tenta-
ret: maximè quia Prouerbiorum 2. dicit Dominus:
5 *Consilium custodiet te:* tum etiam quia Prouerbiorum *Consilium cust-*
6 13. dicitur: *Qui autem agunt omnia cum consilio, regun-* *todiet te-*
tur sapientia. Et confirmatur, quia Prouerbiorū 15. *Reguntur sapie-*
7 legitur: *Dissipantur cogitationes ubi non est consilium,* *tia.*
ubi verò sunt plures consiliarij firmantur. Sic etiam ab *Plures consilia-*
8 Ecclesia diffinitum est: *Facilius inuenitur, quod à plu-* *rij.*
ribus senioribus queritur, cap. de quibus 20. dist. Ibi *Plures seniores:*
enim dicitur: *Seniores prouintiæ congrega, & eos inter-*
roga. Et Deuteronom. 24. conquæritur Deus de il-
lis, qui sine consilio operantur: *Gens, inquit, absque*
consilio & sine prudentia, utinam saperent & intellige-
rent, ac nouissima prouiderent.

§. v.

Præcipit Deus ut eligantur consiliarij.

S V M M A R I V M.

- 1 Princeps & prælatus tenetur eligere consiliarios.
- 2 Iudicium Domini.

ET non solum est præceptum Domini, ne quid agamus sine consilio, sed etiam est præceptum impositum principi & prælato, ut eligant consiliarios, iudices, & assessores, quod patet ex supra dictis, & infra dicendis, ut etiam legitur Deuteron. 16. *Iudices & ministros constitues in omnibus portis tuis, ut iudicent populum.* & cap. 19. dicit Dominus: *Constitue te stem in conspectu sacerdotum & iudicum.* & constat postea de effectuante mandati per hæc verba: *Constituitque iudices terræ in cunctis ciuitatibus.*

§. vi.

Conditiones requisitæ consiliarijs electis & eligendis, & aduocatis.

S V M M A R I V M.

- 1 Rectitudo in iudicando & consulendo.
- 2 Vir prudens.
- 3 In Testamento veteri.
- 4 In nouo Testamento.

PRæcipit Deus iudicibus & senioribus rectitudinē in iudicando & consulendo, dicens: *Non enim hominis*

- 1 *minis exercetis iudicium, sed Domini. Consiliarius autē*
- 2 *debet esse vir prudens & litteratus, 1. Paralipome. 27.*
- 3 *Cum igitur in veteri, quod est figura noui Testamēti, mandauerit Deus principibus & prælatis eligendos esse consiliarios, seniores, iudices, & assessores, qui in consulendo & iudicando rectitudinem seruarent: & constet de electione seniorum septuaginta, Exod. 24. Numer. 11. & Ezechiel. 8. & ne quid sine eorum consilio agerent. Imo & in nouo Testamento, & præsertim in Apocalypsi, in quo continentur reuelationes eorum quæ futura sunt in Ecclesia militanti vsque ad finem mundi, pluribus in locis legitur de viginti quatuor senioribus, Apoca. 4. 5. & 7. Domino assistentibus: de duodecim portis, Apoca. 21. & de septem candelabris, Apocal. 1. lucentibus coram Agno: & de septem Angelis Ecclesiarum, Apocal. 1. & de septem stellis, Apoc. 1. Consiliarius igitur debet seruare rectitudinem in iudicando & consulendo, non exercet officium hominis, sed Dei, debet esse vir prudens & literatus, senior saltem moribus, debet esse porta ducens ad gloriam, candelabrum lucens, Angelus, custos, & stella illuminans.*

§. vii.

Electio seniorum confirmatur etiam auctoritatibus & exemplis sacræ Scripturæ ex nouo Testamento.

S V M M A R I V M.

- 1 Exemplo Domini.
- 2 Exemplo Apostolorum.

Exemplo

Exemplo Do-
mini.

Exemplo Domini confirmatur, qui duodecim **I**
Apostolos, Matth. 10. sibi assistentes, coadiuto-
res, iudices, & principes super omnem terram. Psal.
118. & 44. elegit, & septuaginta alios discipulos, Lu-
cæ 10. & quatuor Euangelistas, & alios quos crea-
uit rectores, pastores, doctores, & luces supra can-
delabra, vt refertur ex pluribus sacrae Scripturae lo-
cis, cap. cum ex iniuncto, de hæretic. quos tanquam
Angelos Ecclesiarum constituit.

Exemplo Apo-
stolorum.

Item confirmatur exemplo Apostolorum, qui plu- **Z**
res seniores elegerunt, quorum consilio uteban-
tur, vt Actorum 15. *Placuit Apostolis & senioribus,*
& septem diaconos ordinarunt in ministerium pri-
mitiuae Ecclesiae, cap. diaconi sunt 93. dist. apparet,
& luce meridiana clarius ex sacris litteris & Aposto-
licis constitutionibus constat, de intentione propo-
sitionis nostrae, circa consilium seruandum, & consi-
liarios, assessores, & iudices eligendos.

S. VIII.

Sequenda sunt consilia & vota seniorum.

S V M M A R I V M.

- 1 *Integrum iudicium plurimorum sententijs.*
- 2 *Perfectissima veritas.*
- 3 *Facilius inuenitur.*
- 4 *Anacletus.*
- 5 *Non decrepita senectus, sed sapientia.*
- 6 *Sacerdotes iuris periti.*
- 7 *Christus consiliarius magni consilij.*

Christus

8 *Christus elegit consiliarios.*9 *Sedebitis.*10 *Iudices.*

Procedendum esse iuxta seniorum consilia, & vo-
ta agendum, iuribus etiam sequentibus confir-
matur. Nam Romanus Pontifex dist. 64. canon. 5. inci-
piente, Extra conscientiam, affirmat integrum esse **I**
iudicium, quod plurimorum sententijs confirmatur: *Integrum iudi-
cium plurimo-
rum sententijs.*
quibus eisdem verbis vsus est in cap. prudentiam, de
offi. delega. propterea Imperator Iustinianus I. que-
stionem, C. de fideicomm. dicit, quod per amplio-
res homines perfectissima veritas reuelatur. Et dist. **2**
20. c. de quibus causis, idem Romanus Pontifex re-
spondet: *Seniores prouintiae congrega, & eos interroga,*
3 *facilius naque inuenitur quod a pluribus senioribus que-*
ritur. Qui autem per seniores & presbyteros intel- **3**
ligantur, declarat Anacletus dist. 84. cano. 6. dicens, *Anacletus.*
Porro Moysi precipitur vt eligat presbyteros, id est senio-
res. & infra: *Non enim propter decrepitam senectutem* **5**
sed propter sapientiam presbyteri nominatur consiliarij. *Non decrepita
senectus, sed sa-
pientia.*
Igitur principum assessores, seniores, & presbyteri **6**
appellatur: imo ff. de iusti. & iur. l. 1. Imperator sa-
cerdotes appellat, quorum opere & consilio ipsi legum
conditores iusta decernunt. Sed ad maiorem confir-
mationem addo, quod adeo placet Christo domi-
no nihil sine seniorum consilio agere, quod etiam vo- **7**
luit in sacris litteris se Angelum magni consilij no-
minare. Et Esaias cap. 9. consiliarium eum appellat. *Christus consilia-
rius magni con-
silij.*
& cap. 1. euangelizat, quod requiescit super eum spi-
ritus consilij. Et quamuis Christo non esset necessa-
rium habere consiliarios, elegit tamen duodecim di- **8**
scipulos, quibus Matth. 18. promisit sub his verbis, *Christus elegit
consiliarios.*

Y j quod

quod ubi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum ego in medio eorum, cap. de quibus, dist. 20. quos magistros & doctores effecit, *Sedebitis*, inquit Matthæi 7. *super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel*, tanquam iudices & assessores sui magni consilij. Et per seipsum iudæis prædixit: *Ideo ipsi iudices vestri erunt*, Lucæ 11. Cum igitur omnis Christi actio sit nostra instructio, ut inquit Gregorius, voluit significare necessarios esse principi & prælato, quantumvis docto, consiliarios prudentes, & sapientes viros, & seniores.

Sedebitis

Iudices

§. VIII.

Si Episcopus tenetur requirere vota & consilia sui Capituli, & ea sequi, & quando.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus requirit vota *Canonicorum*.
- 2 *Non sine consensu Capituli.*
- 3 *Cum consilio & consensu Capituli.*
- 4 *Episcopus caput Capituli.*
- 5 *Canonici membra Episcopi.*
- 6 *Ne Episcopus grauet.*
- 7 *Graues donationes.*
- 8 *Non potest Episcopus.*
- 9 *Contradicendi facultas.*

*Episcopus requirit
vota Canonico-
rum.*

Episcopus de iure tenetur requirere vota, suffragia, & consilia suorum *Canonicorum & Capituli*, & nihil sine eorum consilio facere de necessarijs ad regimen suæ Ecclesiæ. toto titulo de his quæ fiunt à Prælati sine consensu Capituli, & expresse Alexander

xander Tertius, ut habetur in cap. quanto, & cap. nouit, eodem tit. scribens ad Episcopum Patriarchæ Hierosolymitanum, mandat ne instituat, aut destituat Abbates, Abbatissas, & alias Ecclesiasticas personas sine consensu Capituli: & quod in Ecclesiæ suæ negotijs fratres suos requirat, & cum eorū consilio, & sanioris partis, eadem negotia peragat, & pertractet. ubi per fratres, intelligit glos. *Canonicos sui Capituli*, quoniam, inquit, tu es caput, & illi membra, & sic vnum corpus. Et idem Alexander scribens ad eundem, ut habetur in d. cap. nouit, sic loquitur: *Non decet te omisis membris, aliorum consilio in Ecclesiæ tuæ negotijs uti.* Conclude ex hoc textu, *Canonicos esse consiliarios necessarios Episcopi.* & infra prohibet aliter fieri. & in cap. 1. de excessibus prælatorum, prohibet idem Romanus Pontifex ne Episcopus grauet, aut inhonestè tractet presbyteros, nec in eos tallias, & exactiones exercent, aut eos suspendat, aut interdicto supponat sine iudicio Capituli. & in cap. fraternitatem, de donation. conqueritur Romanus Pontifex de Episcopo Parisiensi, quod inconsultis suis *Canonicis* graues donationes fecerat in detrimentum Ecclesiæ, quas non fecisset, si suos *Canonicos* consulisset. Quoniam in cano. incipiente Sine exceptione 12. q. 2. decernitur ne Episcopus de rebus Ecclesiæ quidquam donare, commutare, vendere, vel alienate possit, nisi ut meliora prospiciat, & cum totius cleri tractatu, atque consensu, & cum subscriptione suorum clericorum. Idem decernitur in cano. alienationes eadem causa 12. q. 2. & in cano. bene quidem 96. distinct. dicitur, quod cuiuslibet clericorum de consilio, vel Capitulo contradicendi libera sit facultas. quam doctrinam,

Non sine consensu Capituli.
Cum consilio & consensu Capituli.

Episcopus caput Capituli.

Canonici membra Episcopi.

Ne Episcopus grauet.

Graues donationes.

Non potest Episcopus.

Contradicendi facultas.

cum sit tam communis, ne vnus quidem doctor ab ea recedit, fatis est his paucis iuribus confirmasse.

§. x.

Iura Canoniorum & Capituli.

S V M M A R I V M.

- 1 Clerici primi gradus Canonici.
- 2 Seniores.
- 3 Consiliarij.
- 4 Assessores.
- 5 Capitulum succedit Collegio Apostolorum.
- 6 Electio Episcopi.
- 7 Sede vacante administrare.
- 8 Assistere.
- 9 Consulere.

Clerici primi
gradus Canonici.Seniores.
Consiliarij.
Assessores.Capitulum suc-
cedit Collegio
Apostolorum.
Electio Episco-
pi.

Clerici primi gradus, videlicet Capitulum & Canonici, cum præcedant omnes alios in sua Ecclesia, cap. dudum, el primero, de electio. §. gestis, sunt sui Episcopi seniores, & consiliarij necessarij; isti sunt assistentes, coniudices, & assessores; cum his habet Episcopus magnam communionem, quia vt dictum est, sunt vnum corpus, quorum caput est Episcopus, representans Christum cum duodecim Apostolis. Et sic per quandam analogiam, Capitulum & Canonici succedunt Collegio Apostolorum. Canonici enim & Capitulo de iure conuenit Episcopum eligere, cap. Ecclesia, cap. cum inter Canonicos, cap. dudum, el segundo, cap. congregato, de electio. & cap. cupientes, eodem titulo, lib. 6. & de Canonica electione Papam certiorare, pro confirmatione

- matione obtinenda, cap. bene quidem § 6. diff. Ecclesiam sede vacante administrare, Clementina Ne Romani, de election. eodem cap. cupientes, de electio. lib. 6. cap. 1. his quæ, de maiorita. & obedient. cap. quia sape, de electio. lib. 6. Clement. statutum, de electio. & nouissime in cap. 16. sess. 24. de reformatio. Trident. Concil. declarauit Episcopo electo & confirmato assistere, consulere, & pro posse adiuuare, & defendere, per iura supra allegata.

Sede vacante
administrare.Assistere.
Consulere.

§. II.

Iura Cardinalium, & munera.

S V M M A R I V M.

- 1 Cardinales Clericos Christi.
- 2 Collegio Apostolorum.
- 3 Sacerdos in æternum.
- 4 Succedunt iuribus veteris Testamenti.
- 5 In locum seniorum.
- 6 Sacerdotes Leuitici generis.
- 7 Iure Leuitico.
- 8 Papa sacerdos in æternum.
- 9 Fratres Papæ.
- 10 Pars corporis Papæ.
- 11 Sicut Apostoli assistunt Papæ.
- 12 In toto orbe.
- 13 Ad iudicium sedis Apostolicæ.
- 14 Papam eligere.
- 15 Sede vacante.
- 16 Succedunt Apostolis.
- 17 Cardinales repræsentant Apostolos.

Tanta maiori ratione & analogia Illustrissimi Car-
dinales, quos Nicolaus Papa Secundus clericos
Christi appellat, & refertur in cap. in nomine Domini
23. dist. Sanctissimo Domino nostro Papæ assiste-
tes, succedunt etiam Collegio Apostolorum Chri-
sto assistentium, & post ascensionem Christi Petro
eius Vicario. Ratio, & analogia supradicta in hoc
consistit, tam in ordine & respectu Illustrissimorum
Cardinalium ad personam Papæ, quam Canonico-
rum ad personam Episcopi. Et ut re ab altiori prin-
cipio ducamus, nota, quod David in spiritu Psalm.
109. dixit, quod Christus dominus est sacerdos in
æternum secundum ordinem Melchisedech sacer-
dotis altissimi, & refert Paulus ad Hebræ. 5. ubi cō-
fert sacerdotium Melchisedech & Aaron cum sacer-
dotio Christi, & omnium aliorum Pontificum noui
Testamenti, succedentium iuribus sacerdotum vete-
ris. Argumento ducto à veteri ad nouum, & valet
argumentum ex decreto Innocentij Tertij relato in
cap. per venerabilem, qui fil. sint leg. dicentis, quod
ibi in veteri Testamento decernitur in nouo Testa-
mento debeat obseruari. Sic etiam Cardinales suc-
cedunt in locum seniorum & sacerdotum Leuitici
generis, ut expresse definitur in dicto cap. per vene-
rabilem, ubi loquitur Romanus Pontifex de Car-
dinalibus sic: *Sunt autem sacerdotes Leuitici gene-
ris fratres nostri, qui nobis iure Leuitico, in execu-
tione sacerdotalis officij coadiutores existunt. Is verò
super eos sacerdos, si se iudex existit: cui Dominus
inquit in Petro: Quodcunque ligaueris super terram,
erit ligatum & in cælis, eius Vicarius, qui est sacerdos
in æternum secundum ordinem Melchisedech, constitu-
tus à Deo iudex viuorum & mortuorum.* Quos etiam
mille.

Clericos Christi.

Collegio Aposto-
lorum.Sacerdos in æ-
ternum.Succedunt iuri-
bus veteri Tes-
tamenti.In locum senio-
rum.Sacerdotes Le-
uitici generis,
iure Leuitico.Papa sacerdos
in æternum.

9 mille alijs in locis Papa appellat fratres. & Nicolaus
Papa Secundus in Concilio Lateranensi Cardinales
appellat clericos Christi, & refertur in decreto ca-
no. in nomine Domini dist. 23. & in canon. si quis 6.
10 q. 1. sui corporis partem appellat, sicut supra proba-
tum est, de Canonicis, quos iura appellant fratres
Episcopi, qui est caput, ipsi autem membra efficien-
tia vnum corpus in sua particulari diœcesi. Cardina-
les autem, ut inquit Ancharanus q. 9. art. 2. assistunt
Papæ, sicut Apostoli assisterunt Christo domino, &
12 sunt coniudices & coadiutores Papæ in toto orbe.
quod voluit significare Paulus 1. ad Corint. 6. dicēs:
*Nescitis quoniam angelos iudicabimus, quanto magis se-
cularia?* ex quibus conclusit Innocentius Tertius in
13 dicto cap. per venerabilem, ad iudicium Sedis Apo-
stolicæ recurrendum esse ex toto orbe, ut clarius e-
tiam constat ex cano. cuncta per mundum 9. q. 3. &
cano. Constantinus 96. dist. Ad Cardinales enim spe-
14 ciat Papam eligere, dicto cano. in nomine Domini
23. dist. cap. licet, de electio. in antiqu. cap. ubi peri-
culum, de elect. lib. 6. Clem. ne Romani, eodem tit.
15 & Ecclesiam sede vacante administrare, eligendo
ministros ad gubernandam sedem vacantem, ante-
quā ingrediantur conclauim, & Pontifici canonice
electo assistere, consulere, & pro posse adiuuare, &
defendere, cap. fundamenta, §. decet, de elect. lib. 6.
ut supra etiam probatum est. Apostoli enim, ut di-
ctum est cap. 4. ipsum Petrum eorum principem es-
se voluerunt: quæ voluntas, ut inquit Barbatius in
suo tractatu de præstantia Cardinalium q. 1. nu. 29.
designat formam electionis faciendâ de futuro Pon-
tifice, & de eius successoribus, per electores, qui in
16 locum Apostolorum succedunt. Dicit enim, Cardi-
nales

Fratres Papæ.

Pars corporis
Papæ.Sicut Apostoli
assisterunt Papæ.

In toto orbe.

Ad iudicium se-
dis Apostolicæ.

Papam eligere.

Sede vacante.

Succedunt Apo-
stolis.

Cardinales ve.
presentant Apof-
tolos.

nales representant ipsos beatissimos Apostolos: nā assistunt Papæ, tanquam principi, qui est Vicarius Christi, & Petri successor: & etiam quia summum Pontificem eligunt & constituunt, & in hoc representant etiam ipsos Apostolos. Hæc ille. citat cap. in nouo 21. & cap. sacrosancta 22. distinct.

§. 12.

Alia iura & munera Cardinalium.

S V M M A R I V M.

- 1 Duo munera Apostolorum.
- 2 Primo munere succedunt Cardinales.
- 3 Secundo Episcopi.
- 4 Fungentes munere Cardinalium.
- 5 Ad sustinenda negotia totius Ecclesie.
- 6 Sicut Moyses elegit seniores.
- 7 Septuaginta viros.
- 8 Laudes Cardinalium.
- 9 Defectus Episcoporum suppleat.
- 10 Loco consilij.
- 11 Sacerdotes Levitici generis.
- 12 Cardines cæli.
- 13 Cardines maris.
- 14 Cardines terræ.
- 15 Septem candelabra.
- 16 Seniores Ecclesie.

Duo munera
Apostolorum.

Duo munera legimus in Apostolis. Primum est assistere Christo domino ante mortem & post mortem, usque ad ascensionem Domini, & post ascensionem Petro. Secundum munus Apostolorum fuit

fuit à Christo domino ordinatam, ut diuisi in omnem terram missi verbum Dei prædicarent. Primo muneri Apostolorum succedunt Cardinales, secundo Episcopi. Et licet Episcopi etiam succedant in locum Apostolorum, ut dictum est supra cap. 3. in eo quod missi & destinati sunt in omnem terram, & quisque in particularē regionem: sic Episcopi mittuntur à Papa quisque in suum Episcopatum, licet etiam ad ipsos Episcopos à principio spectarent munera administrandi Ecclesiam Apostolicam, Pontificali sede vacante, & eligendi summum Pontificē, (simul cum alijs presbyteris & clericis de clero Romanæ Ecclesie) eique assistendo, cōsulendo, & pro posse defendendo, quasi fungentes munere Cardinalium. Quia verò residentia Episcoporum est de iure diuino, si quisque in sua diocesi in suis sedibus, ut par est, residet: necessarium fuit Ecclesie talia munera, non per simplices Episcopos, sed per Cardinales, in locum Apostolorum succedentes, exerceri: quo modo solus Papa, qui est alter Moyses, posset sustinere totius Ecclesie negotia, & nō vnus populi, sed multorum totius orbis populorum. Ideo exemplo Moysis elegit pro temporum varietate seniores de populo, ex toto orbe, aliquando septem, Conc. Rom. tempore Syluestri, septem Cardinales diaconi, aliquando duodecim, aliquando viginti quatuor; nunc vero septuaginta viros, iuxta bullam Sixti V. datam Romæ nonas Decembris Pontificatus sui anno secundo, qua constituit numerum septuaginta Cardinalium, quorum sex sint Episcopi, quinquaginta presbyteri, & quatuordecim diaconi, quorum opere & consilio totius orbis & Ecclesie pondus sustinere valet. Isti sunt sui seniores, & con-

Primo munere
succedunt Car-
dinales.
Secundo Episco-
pi.

Fungentes mu-
nere Cardinalium.

Ad sustinenda
negotia totius
Ecclesie.
Sicut Moyses
legit seniores.

Septuaginta vi-
ros.

*Laudes Cardi-
nalianum.**Defectus Episco-
porum suppleti.**Loco consilij.
Sacerdotes Levi-
tici generis.**Cardines cœli.**Cardines ma-
ris.**Cardines terræ.**Septem cande-
labra.**Senatores Eccle-
siæ.*

filiarij. Isti sui assistentes, contudices, & assessores. 8
Isti succedunt Collegio Apostolorum: ideo eorum
Collegium sacrū Consistorium appellatur. Isti sup-
plent defectus Episcoporum, qui legitime occupati 9
non possunt continuam assistentiam & cōsilium ne-
cessarium præbere Sanctissimo Domino nostro Pa-
pæ: & propterea Domini Cardinales succedunt etiã
loco consilij. Ad hos recurrendum est tanquam ad 10
sacerdotes Levitici generis, dicto cap. per venerabi- 11
lem, qui fil. sint legit. His illustrissimis, & fortissimis
cardinibus ex auro confectis, duodecim portæ cœ-
lorum, & hostium domus sancti sanctorum 3. Re. 7.
innituntur, & inter hos rubicundos & purpuratos
cardines tota machina huius mundi volutatur. Isti 12
sunt cardines cœli, circa quos ambulat Dominus Iob 13
22. & per quos iudicat populos, & dat escas multis
mortalibus Iob 36. Isti sunt cardines maris, per quos 14
lumine suo fulgurare facit totum vniversum, vt ibi-
dem tetigit Iob, & 1. Reg. 2. Isti cardines terræ do-
mini sunt: hi sunt Cardinalitijs Ecclesijs præfecti: 15
hi sunt septem candelabra, coram agno, sua doctri- 16
na & exemplo lucentia. Isti sunt vere Senatores Ec-
clesiæ, cap. Constantinus dist. 96. Imperatoris, Re-
gum, ac Principum Christianorum protectores, E-
piscoporum & Capitulorum patroni, Religio-
num conseruatores, pupillarum, vi-
duarum, & aliarum miserabilium
personarum tutores, &
defensores. Hos
constituit
Deus
principes super om-
nem terram.

§. XIII.

*In canonizatione Sanctorum Canonici fuerunt consilia-
rij necessarij Episcoporum, sicut Cardinales sunt
assistentes Sanctissimo Domino nostro Pa-
pæ ad hoc tam graue canonizationis
Sanctorum negotium.*

S V M M A R I V M.

- 1 Canonizatio Sanctorum.
- 2 Requirit vota Cardinalium.
- 3 Tenentur Capitulum & Canonici.
- 4 In canonizatione Sanctorum.
- 5 Archiepiscopi.

- 1 **D**Enique cum canonizatio Sanctorum sit de gra-
uioribus rebus fidei, Cardinalium vota & suffra-
gia requirit Sanctissimus, & sine eorum consilio nõ
apposit manus ad tam graue decretum canonizatio-
nis: & ipsi domini Cardinales ad talia & alia requi-
siti tenentur eorū vota & suffragia præstare: sic Ca-
pitulum & Canonici semper fuere & sunt astricti ad
sua vota & suffragia præstada Episcopo quoties fue-
rint requisiti: similiq̃ue obligatione tenetur Episco-
pus eorum vota & consilium requirere, maxime in
4 rebus arduis, qualis erat tunc canonizatio Sanctorū
quando Episcopo non erat prohibita. Solebant e-
5 tiam Archiepiscopi cum assistentia, suffragio, & vo-
to illius prouintiæ Episcoporum, Abbatum, Cano-
nicorum, & Capitulorum, ac aliorum, qui in conci-
lijs Prouintialibus habent vocē, canonizare & bea-
tificare aliquos Sanctos: cum illud integrum iudi-
cium.

*Canonizatio
Sanctorum.**Requirit vota
Cardinalium.**Tenentur Capi-
tulum & Cano-
nici.**In canonizatio-
ne Sanctorum,**Archiepiscopi.*

cium censeatur, & plurimorum sententijs comprobetur, argumento Clem. primæ, de sentent. excom. §. quod etiam, prout etiam iura hoc capitulo allegata probant §. 8.

§. XIII.

Proponitur an in canonizatione Sanctorum sit Episcopis aliqua concessa facultas, vel sublata, aut moderata, inhibitio Alexandri & Innocentij III.

S V M M A R I V M.

1 Facultas concessa Episcopis.

Hoc præcipuum dubium restat pro complemento huius rei, dato quod hæc materia canonizationis Sanctorum esset reservata summo Pontifici, ut dictum est supra cap. 1. quæro, an vigore decreti Concilij Tridentini sub 25. sess. tit. de inuocation. & veneratio. & reliquijs Sanctor. sit Episcopis concessa aliqua facultas, vel sublata, aut moderata, in aliquo inhibitio per Concilia Lateranensia sub Alexandro Tertio, & Innocentio Tertio celebrata. Ex quibus emanauerant duæ illæ antiquæ decretales de reliqu. & veneratio. Sanctorum, quorum tenores hic inferi necessarium visum fuit.

§. xv.

*De reliquijs & veneratione Sanctorum
Alexander Tertius c. 1.*

Aviduimus, quod quidam inter vos, diabolica fraude decepti, hominem quendam in potatione & ebrietate occisum,

occisum, quasi sanctum (more infidelium) venerantur: cum vix pro talibus, in ebrietatibus peremptis Ecclesia permittat orare. Dicit enim Apostolus: Ebriosi regnum Dei non possidebunt. Illum ergo non presumatis de cætero colere, cum etiam si per eum miracula fierent, non liceret vobis ipsum pro sancto, absque autoritate Romanæ Ecclesiæ, venerari.

§. XVI.

Innocentius Tertius in Concilio generali c. 2.

Cum ex eo quod quidam Sanctorum reliquias exponunt venales, & eas passim ostendunt, Christianæ religioni detractum sit sæpius. Ne in posterum detrahatur, præsentis decreto statuimus, ut antiquæ reliquię amodo extra capsam nullatenus ostendantur, nec exponantur venales. Inuentas autem de nouo, nemo publice venerari presumat, nisi prius autoritate Romani Pontificis fuerint approbatæ. Prælati verò non permittant eos, qui ad eorum Ecclesias, causa venerationis accedunt, varijs figmentis, aut falsis documentis decipi, sicut in plerisque locis, occasione quæstus, fieri consuevit.

§. xvii.

*Inhibitio Alexandri & Innocentij videtur moderata
per Concilium Tridentinum.*

S V M M A R I V M.

- 1 Inhibitio Episcopi.
- 2 Moderata inhibitio.
- 3 Rigurosa.
- 4 De antiquis reliquijs & miraculis.

Debetur

5 *Debetur cultus.*6 *Cura Episcopis.*

Quarum duarum decretalium vigore mouentur Doctores ad dicendum & scribendum, quod, licet ius canonizationis sanctorum, necnon cognitio de reliquijs & ueneratione eorum, & de miraculorum approbatione, de iure antiquo ad Episcopos omnes pertineret, iuxta doctrinas, rationes, & Doctores allegatos supra cap. 2. a §. i. usque ad §. v. & a §. 16. usque ad finem capituli, Episcopis tamen fuit vigore dictarum decretalium inhibitum & prohibitum, ne se de tali materia introuiderent, per uerba illa Alexandri: *De cetero non presumatis Sanctos colere absque auctoritate Romanae Ecclesiae.* Quia tamen in dicti Concilij Tridentini decreto sess. 25. de inuocatione & ueneratione Sanctorum, leguntur uerba infra scripta, apparet non omnino sublatam fuisse, sed aut moderatam inhibitionem, aut declaratam intentionem dictarum decretalium generalium Conciliorum Lateranensium: quia reuera Episcopis uisa fuit nimis rigurosa inhibitio, ne de praedictis se introuiderent: tali modo, quod Episcopi post emanationem dictarum decretalium, ne uix quidem simplices informationes recipere ausi sunt, nisi de ordine, aut mandato Sanctissimi Romani Pontificis. Dicta uero declaratio, aut moderatio continetur in ultima parte dicti decreti, in qua de nouis imaginibus, nouis miraculis, & nouis reliquijs tractat: nam in priori parte decreti de imaginibus, miraculis, reliquijs, & corporibus sanctorum antiquis agitur, quibus mandat debitum exhiberi cultum, prout iam ab antiquis Patribus definitum est in primo Concilio Nicano, & in

*Inhibitio Episcopis.**Moderata inhibitio.**Rigurosa.**De antiquis reliquijs & miraculis. Debetur cultus.*Capitulum
quintum

& in Constantinopolitano, contra impugnatores sacrarum imaginum, sublato tamen omni abusu, lasciuia, & quaestu, quarum rerum cura Episcopis incumbit, & alijs docendi munus curam sustinentibus, ad fidelium populum saluari doctrina instituendum.

Cura Episcopis.

§. xviii.

Ex prima parte decreti Concilij Tridentini sess. 25. de inuocatione, ueneratione, & reliquijs Sanctorum, & sacris imaginibus.

Mandat sancta Synodus, &c. in primis de Sanctorum intercessione, inuocatione, reliquiarum honore, & legitimo imaginum usu, fideles diligenter instituant, docentes eos, Sanctos una cum Christo regnantes, orationes suas pro hominibus Deo offerre, bonum, atque utile esse simpliciter eos inuocare, & ob beneficia impetranda a Deo per filium eius Iesum Christum dominum nostrum, qui solus noster Redemptor & Saluator est, ad eorum orationes opem, auxiliumque confugere.

§. xviiii.

Ultima pars decreti eiusdem Concilij Tridentini.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

1 *Imago insolita.*2 *Noua miracula.*3 *Nouas reliquias.*4 *De quibus agitur in hoc decreto.*

5 **S**tatuit sancta Synodus, nemini licere ullo in loco, uel Ecclesia, etiam quomodolibet exempta, ullam insolitam

Imago insolita. ponere,

*Noua miracula
Nouas reliquias.*
ponere, vel ponendam curare imaginem, nisi ab Episcopo approbata fuerit: nulla etiam admittenda esse noua miracula, nec nouas reliquias recipiendas, nisi eodem recognoscente & approbante Episcopo: qui simulatque de his aliquid compertum habuerit, adhibitis in consiliū Theologis, & alijs pijs viris, ea faciat, quæ veritati & pietati consentanea iudicauerit. Quod si aliquis dubius, aut difficilis abusus sit extirpandus, vel omnino aliqua de his rebus grauior quæstio incidat, Episcopus, antequam controuersiam dirimat, Metropolitanis, & Comprovincialium Episcoporum in Concilio Prouintiali sententiam expectet, ita tamen, ut nihil inconsulto Sanctissimo Romano Pontifice, nouum, aut in Ecclesia hætenus inusitatum decernatur.

Concilium Prouintiale.

De quibus agitur in hoc decreto.

In quo decreto de tribus agit. Primo, de nouis imaginibus. Secundo, de nouis miraculis. Tertio, de nouis reliquijs. Quorum recognitionem, approbationem, iudicium, & sententiam ad Episcopum pertinere statuit. Et ut de his controuersiam dirimat, modo verò & forma in hoc decreto præscripta.

§. xx.

Proponuntur tres casus de nouis imaginibus.

§ V M M A R I V M.

- 1 Primus casus.
- 2 Secundus casus.
- 3 Tertius casus.

AD primum de nouis imaginibus pauca dicam: nã decernit sacrum Concilium ad Episcopum spectare insolitas imagines reprobare, aut approbare dicit

dicit, *insolitas*, quod tribus modis posset cōtingere.

1. Primus casus. Si de nouo aliquis vellet fabricare, aut pingere aliquam imaginem, aut figuram de aliquo non sancto, pro sancto, & eam in aliqua Ecclesia, etiam exempta, proponere, si ipsa non est approbata per Episcopum, videlicet, quod prototypum, id est, persona representata per talem figuram, vel imaginem non est sancta, nec in tali reputatione eam tenet Ecclesia, ipsam Episcopus non potest approbare, nec permittere eam apponi, etiam in Ecclesia exempta, per hanc regulam in hoc decreto appositam, *Nemini licere, &c. nisi ab Episcopo approbata fuerit.*

Primus casus.

2. Secundus casus. Verbi gratia, si quis vellet depingere aliquam imaginem de antiquis, diuerso, vel contrario modo atque solet depingi, aut figurari in Ecclesia: si talis imago, vel figura non est approbata per Episcopum, non potest in publico loco, aut in Ecclesia quantumuis exempta, apponi. Imo eam dominus Episcopus debet reprobare, quia est insolita, noua, & inusitata, per vltima verba decreti, quæ aliam constituunt regulam, *Nihil nouum, aut inusitatum decernatur in Ecclesia inconsulto sanctissimo Romano Pontifice.*

Secundus casus.

3. Tertius casus. Si quis depinxisset eandem imaginem ab antiquis receptam, vario modo, videlicet, quæ prouocaret ad risum, ad infamiam, turpitudinem, lasciuiam, vel ad procrassam venustatem, ea non est in Ecclesia, vel in loco publico, tanquam representans sanctum, apponenda: sed ab Episcopo vitanda, reiicienda, & reprobanda, per regulam huius decreti, *Nihil profanum, aut inhonestum appareat in domo Domini.*

Tertius casus.

§. XXI.

*Ad dicendum de nouis miraculis, & de nouis imaginibus
est præmittenda conclusio infra scripta.*

S V M M A R I V M.

1 Conclusio.

2 Declaratur conclusio.

DE secundo verò, & tertio, nempe de nouis miraculis, & de nouis reliquijs, est præmittendum ad probandam intentionem Reuerendissimorum Episcoporum, & ad docendum, quæ, & quanta sit facultas concessa Episcopis per hoc decretum, vel in quo moderata sit inhibitio decretalium, vel quænam sit illarum intelligentia, & intentio, præmittit conclusionem hanc.

Non est omnino sublata inhibitio, & reseruatio facta ab Alexandro Tertio, & ab Innocentio Tertio in generalibus Concilijs Lateranensibus, quod de canonizatione & beatificatione Sanctorum non se intromittant Episcopi: sed ad solum Romanum Pontificem spectet Sanctos canonizare & beatificare.

Quæ conclusio est de se clara, & non indiget probatione, quia de tali omnimoda moderatione non constat. Ex dictis tamen in dicto cap. 2. confirmatur nostra conclusio, per communem sententiam Doctorum, a §. 1. vsque ad §. 5. & à §. 16. vsque ad finem capituli, ex Bellarmino, Maluisio, & alijs ibi relatis.

§. XXII.

§. XXII.

*In quo est modificata, aut declarata
inhibitio.*

S V M M A R I V M.

1 Verba ponderanda.

2 Bouadilla.

3 Petrus Gregorius.

4 Rebuffus.

Est tamen dicta conclusio modificata, moderata, & declarata, circa miracula & reliquias, vt infra dicetur. Nam in hoc decreto est declarata expressa facultas & iurisdictio Episcopis concessa, vt patet ex declaratione infra scriptorum verborum, quæ sunt

1 valde ponderanda, & notanda. Sacrum enim Concilium Episcopos adloquitur, & ad eos verba dirigit. De imagine dicit, *Nisi ab Episcopo approbata fuerit*. Circa miracula, nota verba, *Admittenda, & non admittenda*. Circa reliquias, *Recipiendas, & non recipiendas*. Nota verbum, *Episcopo recognoscante, & approbante*. Nota quoque verba, *Episcopus compertum habuerit, iudicauerit, dirimat controuersiam, sententiã conprocurtialium Episcoporum expectet*. Quæ verba clarè & manifestè exprimunt iurisditionem Episcopis concessam. Sic noster Hispanus Bouadilla in sua

2 *Politica* 1. par. lib. 2. cap. 17. nu. 75. loquitur: *La aueriguacion de las verdaderas reliquias y de sus milagros, y la extirpacion de la supersticion, y de los libros, el cuidado de las reliquias, y translacion, y colocacion dellas, toca al Obispo, y al luez Ecclesiastico*. Idem affirmat

A a ij

Petrus

Conclusio.

Declaratur
conclusio.

Verba ponderanda.

Bouadilla.

Petrus Gregorius sint agm. iur. vni. 1. p. lib. 2. cap. 1. 2. 3
num. 3. & vt dicit Rebuffus fol. mihi 75. in verb. Ver
ba sequenda, qui late & diffusè exponit titulum de
verborum significatione, verba sequenda sunt, & il
lis standum est, cum de eis apparet, nec ab eis rece
dendum est.

§. XXIII.

*Ponderantur verba Concilij Tridentini pro iurisdictione
Episcoporum.*

S V M M A R I V M.

- 1 Admittere.
- 2 Recipere.
- 3 Approbare.
- 4 Reprobare.
- 5 Recognoscere.
- 6 Cognoscere.
- 7 Compertum habere.
- 8 Comperire.
- 9 Inquisitio.
- 10 Examen testium.
- 11 Iudicare.
- 12 Controuersia dirimat.

Admittere.

Admittere, verbum iurisdictionis est, c. 1. de insti. 1
lib. 6. ibi. *Potest admittere.*

Recipere.

Recipere item verbum iurisdictionem importat, 2
cap. venerabilis, de preben. in fin. ibi. *Recipi faciatis.*
cap. post electionem, de concess. preben. ibi. *Te in
Archidiaconum recipere procurent.*

Approbare.

Approbare, etiam iurisdictionem dicit, Clement. 3
vnica, de iureiurand. vbi de approbatione personæ
Impe-

Imperatoris à Romano Pontifice facta & facienda
agitur, ibi. *Approbantes.*

- 4 *Reprobare*, idem importat, cap. 2. de probatio. in *Reprobare.*
fine, ibi. *Talem consuetudinem reprobamus*, cap. præ
sentium, de testib. lib. 6. ibi. *Ad reprobandos testes.*
- 5 *Recognoscere*, etiam iurisdictionis verbum est, cap. *Recognoscere.*
per tuas, de probatio. ibi. *Filium recognouit.* eadem
Clementi. Romani, de iureiuran. ibi. *Recognouit ad
ius & proprietatem Ecclesie Romanæ.*
- 6 Sicut & *Cognoscere*, cap. Romana Ecclesia, de fo *Cognoscere.*
ro competen. lib. 6. §. 1. in fine, ibi. *Absque voluntate
suorum diocesano cognoscant.*
- 7 Verbum hoc, *Compertum habere*, per Rebuff. de *Compertum ha
bere.*
verbor. significatio. lege 2 33. duodecim tabularum
- 8 in verbo *Comperire*, dicit, inuenire, & inuestigare. *Comperire.*
Id dicitur, quod cum inquisitione comperitur, nota
- 9 iurisdictionem in verbo *Comperire* per inquisitio *Inquisitio.*
nem. Inquisitio enim fit per examen testium, toto *Examen testium.*
10 titulo de testibus, præsertim cap. venerabili.
- 11 Cæterum hoc verbum, *Iudicauerit*, clarius demõ *Iudicare.*
strat iurisdictionem, vt ex 1. Diu. Pauli ad Corint. 6.
probatur Apostolorum iurisdictione. *Nescitis quoniam
Angelos iudicabimus, quanto magis secularia.* recepta
in iure canonico, cap. per venerabilem, qui filij sint
legiti. & ex pluribus deductis per Albericum in Di
ctionario in verbo *Iudicare.*
- 12 Tandem hoc verbum, *Episcopus controuersiam di
rimat*, iurisdictionem etiam præstert, cap. ad hæc, *Controuersia di
rimat.*
el 3. de appell. in fin. ibi. *Questionem dirimere.*

§. XXIII.

*In examine testium de imaginibus, reliquijs, & miracu
lis, seruanda est figura iudicij.*

S V M M A R I V M.

- 1 *Figura iudicij.*
- 2 *Circa maiora.*
- 3 *Falsa figmenta.*
- 4 *Sanctum non sanctum.*
- 5 *Amarum dulce.*

Figura iudicij.

Quæ verba vix intelligi possunt sine figura iudicij, seruando terminos iuris, examinando testes de imaginibus, reliquijs, & miraculis, de quibus tenetur Episcopus inquirere, testesque examinare, & interrogare sigillatim, cum omni ea diligentia quæ solet, & debet in receptione testium adhiberi, vt mandat Honorius Tertius in cap. venerabili, de testib. etiam cum maiori diligentia: quia circa maiora maius periculum vertitur; & ideo cautius est agendum 42. dist. cano. quiescamus, ne simplices homines vanis & falsis figmentis, & diabolica fraude decipiantur, vt dixit Alexander Tertius in cap. 1. de reliq. & veneratio. Sanctorum, & Innocentius Tertius ibidem cap. 2. Quod autem maius sit periculum in hac materia de reliquijs & miraculis Sanctorum discutienda, probatur cano. si quis dixerit 11. q. 3. in quo decernitur, quod abominabilis est apud Deum, qui dicit sanctum non sanctum, & non sanctum asserit esse sanctum. Vbi sic declarat glos. abominabilis, idest, peccat mortaliter, & in cano. sequen. si quis hominem. Idem decernitur autoritate Isaïæ cap. 5. dicitis. *Ve qui dicunt amarum dulce, & dulce amarum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras.* & declarat textus dulce sanctimoniam, & amarum, quod sanctimo-

*Circa maiora.**Falsa figmenta.**Sanctum non sanctum.**Amarum dulce.*Capitulum
quintum

timoniæ contrarium est: maius igitur periculum est. Ergo cum maiori diligentia debet Episcopus testes examinare.

§. xxv.

Ad euitandas fictiones & fallacias demonum & magicæ artis, sunt testes examinandi diligenter per omnes circumstantias.

S V M M A R I V M.

- 1 *Circumstantias.*
- 2 *Baldi dictum.*
- 3 *Ficta miracula.*

- 1 **E**piscopus debet interrogare & examinare testes per omnes circumstantias, personarum, loci, & temporis, & aliarum infra scriptarum, vt scribit Panormitanus in dicto cap. venerabili, de testib. in vlt. notab. & in cap. 1. de reliq. & veneratio. Sanctorum, vbi dicit, quod multi, etiam ex arte Magica, faciunt miracula. Bald. eod. cap. venerabili, his vtitur verbis: *Petebatur à domino Papa, quod canonizaret quendam sanctum virum: Papa mandat super hoc testes recipi, qui de vita & miraculis faciant fidem: quia aliqui faciunt aliqua, quæ videntur miracula, cum fictione diabolica, incantationibus, & characteribus, & fingunt se suscitare mortuos, & eos facere comedere. Hæc ille. Et refert fictam suscitationem Sarauelis, per Phytionissam ad instantiam Saulis factam, ex 1. Regum 28. merito ponuntur infra scripta interrogatoria, quarum plura, videlicet magis necessaria tantum desumpti, tum ex cap. cum causam, de testib. ibi. Diligenter examinare procures, & de*

*Circumstantias.**Baldi dictum.**Ficta miracula.*

de singulis circumstantiis prudenter inquirens, de causis videlicet, personis, loco, tempore, visu, auditu, scientia, credulitate, fama, certitudine, & de alijs ibi per glosam & Doctores annotatis; tū etiam ex Speculato. de interrogatorijs, rubrica de teste. Et tandē desumpsit ex rotulis articulorum remissorialium, quæ transmittuntur à Romano Pontifice ad examina testium faciendā de vita & miraculis Sanctorum, quos canonizare intendit, exhibita & producta per procuratorem Fiscalem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ad interrogandum testes, qui de vita & miraculis Sanctorum producuntur, ad dicendum super articulis quæ præmittuntur, ne eadem iura & allegationes sæpe repetere cogere, ad probandum quæ subsequuntur.

§. xxvi.

Interrogatoria ad examinandos testes circa miracula.

AN sint vera miracula, per orationes Deo factas, & per intercessionem alicuius sancti obtenta, vel ficta miracula, an virtute diabolica, incantatione, magicæ artis, diabolicis illusionibus, apparitionibus viuorum, aut mortuorum, aut vi verborum, vt notant Cassaneus loco citato, Hostiensis in summa lib. 3. de reliq. & glos. sæpe citata in verbo Sedis lib. 6. cap. i. de reliq. aut alia virtute naturali occulta, a quo sint facta, si est vir, aut mulier, si est viuus, aut mortuus, cuius religionis sit, Gentilis, Iudæus, Paganus, aut hæreticus: quia si non est Christianus & fidelis, non est ei fides adhibenda. ex his quæ docet Innocentius in cap. audiuimus, de reliquijs & veneratione Sanctorum, cuius sit famæ, patriæ, & conuersa-

uersationis: fiat inquisitio cuius rei, vel personæ, in qua facta sunt miracula, & de loco & tempore, an testes fuerint corrupti & subornati, de rationibus & causis suæ scientiæ. Quæ omnia, & alia plura sunt necessaria ad miracula discutienda, vt probatum est supra.

§. xxvii.

Tribus modis contingit fieri miracula.

S V M M A R I V M.

1 *Supra naturam.*

2 *Præter naturam.*

3 *Contra naturam.*

4 *Testium.*

5 *Citatio fisci.*

TRibus modis inquit sanctus Thomas de potētia qu. 6. possunt contingere miracula, vt latius dictum est prælud. 5. de miraculis, nam ea vel sunt supra naturam, aut præter naturam, aut contra naturam. ¹Supra naturam est miraculum resurrectionis mortuorum, ambulare super aquas, restituere visum cæco à natiuitate, impedire igni vim vrendi pueros in fornacem immisos, diuisio maris, vt transirent filij Israel per medium sicci maris: huiusmodi enim miracula facere excedit vires & facultates naturæ. ²Præter naturam est miraculum ex quinque panibus satiari quinque millia hominum, nam licet panis sit cibus ad alendum & satiandum homines, non tamē potest natura augere panes in tam magna quantitate: talis enim actio diuina est & miraculosa & præter naturam, vt detinere solis cursum ad instantiam

Supra naturam;

Præter naturam;

Contra naturā.

Iosue. Miraculum contra naturam est ex nihilo cuncta creare, & ut pariat virgo ea integra remanente, & quod aqua couertatur in vinum: tales enim leges ignorat natura, sed creatori omnia sunt possibilis, si non implicat contradictionem. Et licet huiusmodi miracula sola diuina virtute possint fieri, sancti tamen, & amici Dei, talia & maiora horum faciunt, implorando diuinum fauorem, in confirmationem fidei & doctrinæ Euangelicæ, atque ad demonstrandam sanctitatem eius, cuius intercessione fiunt huiusmodi miracula.

*Testium.
Citatio fisci.*

Et ut dicta testium faciant fidem in iudicio & extra, oportuisset Fiscum Curie Ecclesiasticæ citare, ut eius aduocato liceret contradicere, ad perfectam veritatem discutiendam, cap. vnic. vt Eccles. benef.

§. XXVIII.

Interrogatoria ad examinandos testes de nouis reliquijs.

S V M M A R I V M.

- 1 De Reliquijs nouis.
- 2 De Reliquijs antiquis.
- 3 De nouo inueniis.
- 4 Scriptura.
- 5 Miracula in inuentione.
- 6 Deo curæ est vt reliquæ Sanctorum colantur.

Reliquijs nouis.

Eodem modo de nouis reliquijs. Nā aut sunt nouæ, videlicet alicuius hominis viui, aut mortui, & incontinenti de illius moribus, & vita, honestate, sanctitate, & virtutibus, & de pluribus alijs examinandi

- 2 nandi sunt testes: aut sunt reliquæ antiquæ, videlicet integrum corpus, partes, aut fragmenta, aut alia, quæ per deuotos deuotè custodiuntur, quæ erāt vel
- 3 defuncti, cuius vita erat in opinione sancti, vel de nouo inuentæ.

*Reliquijs anti-
quis.**De nouo inuen-
ta.*

- Item testes sunt diligenter interrogandi de loco in quo inuentæ sunt; si in loco sacro, in Ecclesia, vel cimiterio, vel in loco prophano; si vna tantum, aut plures; si simul, vel dispersæ; si bene custoditæ, conclusæ in aliqua techa, capsa, aut arca, qualis sit; si
- 4 intus, aut foras inuenta est aliqua scriptura, an litteris modernis, aut antiquis, si in papiro, aut pergameno, aut in lamina plumbea, aut ferrea, vel ænea, exarata, aut exculpta; si in lateribus, aut lapidibus est aliqua scriptura, vel figura, de tēpore, anno, die, aut mense, si est martyr, aut confessor; & si contige-
- 5 runt aliqua miracula tempore inuentionis; si apparent plures deuoti illius sancti; si ipsi, aut sui affines, aut consanguinei, aut aliqui de populo obtinuerunt à Deo aliqua beneficia per intercessionem illius sancti, dicant quæ. hæc & alia inquisitione sunt discutie da diligenter, vt veritas elucescat. Si enim reliquæ
- 6 & corpora sunt sanctorū, ipsis in coelo regnantibus, vel Deo, qui est mirabilis in sanctis suis, erit cura, vt quæ viua membra fuerunt Dei (Concil. Tridenti. sess. 4. de inuo. & reliq. Sancto.) & templum Spiritus sancti, debito honore colantur & venerentur in terris, qui pro sua clementia voluit dictas sanctas reliquias apparere, inueniri, & conseruari in terris, propter magna beneficia hominibus, per intercessionē illorum sanctorum, præstanda: vt legitur de inuentione corporum sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, Stephani, & Gamalielis, Geruasij, & Protha-

*Scriptura.**Miracula in
inuentione.**Deo curæ est vt
reliquia Sancto-
rum colantur.*

sij, Cecilij, & aliorum discipulorum sancti Jacobi, & nostræ Eulaliæ Barcinonensis, & aliorum, quæ per plures annos sine veneratione iacuerunt varijs in locis, quasi oblivioni tradita. Tandem, Deo volente, inuestigata, miraculose, aut per reuelationem fuerunt inuenta: post quorum inuentionem ædificata fuerunt sibi nobilissima templa, capellæ, aræ, & valde pretiosa sepulchra, ibique summo honore transfata, vt maiori veneratione, ac celebritate ab omnibus Christi fidelibus colerentur. Prout etiam de ligni sanctissimæ crucis inuentione legitur, & de antiquissima Virginis Mariæ Montisferrati imagine, ac de alia, quæ appellatur de Nuria, quæ inuenta etiam fuit in montibus vallis Riparum, inus parrochiam sancti Jacobi de Carisalpibus, ex qua traxit originem huius tractatus Author. Quæ sanctorum corpora, reliquiæ, & imagines Virginis Mariæ, tempore persecutionis Ecclesiæ & Christianorum abscondita fuerunt à deuotis Christi fidelibus vsque ad foelicissima tempora Constantini Magni Imperatoris, & sanctissimi Pontificis Siluestri, & quando licuit Christianis publicè fidem Catholicam profiteri, & templa Deo, & cruci Deiparæ Virgini, & alijs sanctis consecrari, & debito honore frequentari.

Habes igitur, humanissime Lector, extensam materiam ad interrogatoria formanda pro examine testium, vt magis elucescat veritas de reliquijs & miraculis Sanctorum.

§. XXVIII.

De miraculis quæ contingunt in inuentione reliquiarum, & in probatione aliorum miraculorum, & sanctitatis Sanctorum.

SVM-

S V M M A R I V M.

- 1 *Miracula sunt approbationes.*
- 2 *In inuentione crucis.*
- 3 *Constantinus Imperator.*
- 4 *Heraclius Imperator.*
- 5 *Miraculum in inuentione reliquiarum sanctæ Eulaliæ.*
- 6 *In inuentione imaginis beatæ Virginis Mariæ de Monte ferrato.*
- 7 *Moniales in Monte ferrato.*
- 8 *Monachi cum Abbate sub regula sancti Benedicti.*
- 9 *Peregrini ex omnibus prouintijs.*
- 10 *Author est testis.*
- 11 *Figura Virginis Mariæ Cesaraugustana.*
- 12 *In inuentione reliquiarum sancti Stephani & Gamalielis miracula.*
- 13 *Miracula in inuentione reliquiarum in monte sancto Granatensi.*
- 14 *Sancti Raymundi de Penyafort.*
- 15 *Miracula in uisitatione corporis sancti Ollegarij.*

I **C**ommunis sanctorum Patrum doctrina est, quod *Miracula sunt* miracula quæ contingunt in inuentione, probatione, & approbatione reliquiarum, imaginum, aut miraculorum Sanctorum, sunt comprobationes, approbationes, & confirmationes sanctitatis, verarum reliquiarum, & miraculorum, quæ probatur ex his quæ diximus prælud. §. 3. 4. & 5. de miraculis, his exemplis confirmatur.

- 2 *In recuperatione & inuentione sanctæ Crucis maxima contigerunt miracula. Obtinuit Constantinus* *In inuentione crucis.*
Impe-

*Constantinus
Imperator.*

Imperator, Deo reuelante, insignem ac mirabilem
victoriam contra Maxentium, accepto signo sanctif
simæ Crucis, eius piissima mater Elena à Deo in sô
nis admonita, eandem crucem inuenit. Crucis con
tactu sanata fuit quedam mulier grauissimo mor
bo laborans.

*Heraclius Im
perator.*

Imperator Heraclius triumphali ac præclaro ve
stito auro & gemmis ornatus deferebat crucem ad
Caluarix montem, quæ facilis fuit & valde leuis ad
eam deferendam vsque ad portam, qua ad prædictū
montem itur, tanti tamen ponderis facta est, vt Im
perator ibi sistere coactus fuerit: abiecto tamen am
plissimo ornatu, comuni & humili vestitu incedens,
detractisque calceis, Christi domini humilitatem
imitando, leuior facta reliquum viæ facile confe
cit.

*Miraculum in
inventione reli
quiarum sanc
te Eulaliæ.*

In inuentione etiam reliquiarum sanctæ patronæ
nostræ Eulaliæ, ad portam ciuitatis miraculose tan
to pondere arca reliquiarum fuit detenta, donec di
gitum sanctæ virginis restituit clericus, quem deuo
te sibi retinuerat: quo restituto, leuis facta fuit sicut
antea.

*In inuentione
imaginis beate
Virginis Mariæ
de Monte ferra
to.*

In inuentione antiquissimæ imaginis & figuræ B.
virginis Mariæ de Monteferrato in hoc Cathalonix
Principatu, miracula quamplura contigerunt, An
gelorum apparitiones cum luminaribus & facibus ar
dentibus ascendentium ad cœlum, & descendentium
de cœlo ad locum in quo erat abscondita dicta figu
ra sanctissima, quam abscondisse Christianos in te
rribimo aduentu Maurorum, aut alio tempore per
secutionis Ecclesiæ: quam sanctissimam imaginem
miraculose immobilem factā hoc in loco quo nunc
colitur, ibique sacellum constructum fuisse cum pri
mum

- mum Principatus noster Cathalonix à Mauris libe
ratus fuit, ad eumque locum Mauros accessisse nun
quam permisit Deus, in honorem Deiparæ virginis
7 Mariæ, scribunt nostri. Post aliquot vero seculos,
amotis à dicto aspero & solitario monte monialib.
alioque translatis, non sine magnis pecuniarum ex
pensis, quas præclarissimi Comites Barcinonenses,
cum potētissimi Aragonum & Hispaniarum Reges,
tū maxima huius Principatus populi deuotio in ho
norem beatissimæ semper Virginis Mariæ obtule
runt, religiosissimos monachos cum Abbate sub re
8 gula sancti Benedicti, deuotissimum sacellum, in
numeris miraculis clarum, in copiosissimum Mona
sterium auxisse, in maximum obsequium & augmen
tum cultus diuini, & Sanctissimæ D.N. Mariæ: ad quā
colendam & visitandā ab omnibus orbis terræ pro
9 uinijs accedunt deuotissimi peregrini, non solum
illi qui limina beatorum Apostolorum ab Vrbe ve
niunt, & qui ad partes remotissimas Hispanix ad vi
sitandum sanctissimi patroni nostri Iacobi corpus,
veniunt, sed alij quamplures hanc Virginis Mariæ
imaginem Montis ferrati frequentant. Testis est o
10 cularis Author, qui ibi puerili ætate educatus, voce
præclara cantorum capellæ sanctissimæ Virgini ob
sequium præstitit.
- 11 Sicut etiam scribunt de figura Virginis Mariæ de
Columna Casaraugustana in Regno Aragonum, &
de eius Apostolica & Angelica Ecclesia, cui, infestis
simos Mauros, permisit Deus in honorem sanctissi
mæ eius matris, nullū damnū intulisse, quamuis Dei
& sanctorum imagines incredibili horrore offende
rent, quique vniuersam ciuitatem & regnū sub eorū
potestate depopulatum subiugauerant.

*Moniales in
Monte ferrato**Monachi cum
Abbate su re
gula sancti Be
nedicti.**Peregrini ex
omnibus provin
tijs.**Author est ref
tis.**Figura Virgi
nis Mariæ Cæ.
saraugustana.*

*In inuentione
reliquiarum sancto-
rum Sanctorum
Stephani & Ga-
malielis mira-
cula.*

In inuentione diuinitus reuelata sanctorum reli- 12
quiarum prothomartyris Stephani, Gamalielis, &
aliorum, quanta miracula contigisse cōtat Ecclesia,
multi ex varijs morbis ægroti, ac debiles, fani & in-
tegrī domum redierūt: cœca mulier visum recoepit,
& alia infestissima fistula laborans per contactum il-
larum reliquiarum repente sanata fuit.

*Miracula in
inuentione reli-
quiarum in mō-
te sancto Grana-
tensi.*

In inuentione etiam, probatione, & approbatio- 13
ne reliquiarum sanctorum discipulorum diui Jacobi
in monte sancto Granatensi, plura contigisse mira-
cula scripsi alibi. Sunt enim hæc tam certa & nota,
quod de his alia mille exempla tacemus.

*Sancti Raymū-
di de Penyafort.*

In probationibus, & approbationibus miraculo- 14
rum, & postea in gaudiorum & exultationum festis
post canonizationem nostri sancti Raymundi de Pe-
nyafort, multa etiam miracula vidimus, & audiui-
mus.

*Miracula in vi-
sitatione corpo-
ris sancti Olle-
garij.*

Et nunc in Apostolica visitatione, qua Reueren- 15
dissimus Episcopus Ludouicus Sans celebrat in fa-
cello, in quo honorifice requiescit integrum & ad-
mirabile corpus & reliquiæ nostri sancti Ollegarij
Barcinonensis Episcopi & Tarraconensis Archiepi-
scopi, plura etiam contigerunt miracula in confir-
matione sanctitatis, & gloriæ quā possidet in coelo:
& in approbatione & confirmatione miraculorum,
quibus Deus illum iugiter honorat, audiendo preces
& clamores suorum fidelium deuotorum.

§. xxx.

Ponderantur iterum verba Concilij.

S V M M A R I V M.

1 Admittere miracula, & recipere reliquias.

2 Rec

- 2 *Recognoscente & approbante.*
- 3 *Vista y reuista.*
- 4 *Lignum barchæ pro ligno crucis ne adoretur.*
- 5 *Approbante.*
- 6 *Adorare Deum in sanctis.*
- 7 *Ad imitationem sanctorum.*
- 8 *De reliquijs nouis.*
- 9 *Non licet dubitare.*
- 10 *Compertum habere.*
- 11 *De Theologis & pijs viris.*
- 12 *Proponat causam.*
- 13 *Sacar en limpio, ò aueriguar.*
- 14 *Iudicauerit.*
- 15 *Veritati & pietati.*
- 16 *Controuersiam dirimat.*

EX quibus etiam concludo, quod ista duo verba, 1
admittere & non admittere miracula, recipere & nō
recipere reliquias, important iurisdictionem Episco- *Admittere mi-
racula, & reci-
pere reliquias*
pis concessam, vt dictum est. Sed singula verba Cō-
cilij iterum examinemus pro exercitio iurisdictionis
Episcoporum. Duo verba, *Recognoscente & approbā-
te Episcopo*, declarant etiam magnam iurisdictionem *Recognoscente
& approbante*
Episcopis concessam. Recognoscere enim significat
videre & reuidere, oculis, ac intenta mente cernere
& discernere, cognoscere & recognoscere; quod in
supremo Regis Hispaniæ consilio dicitur de quali-
bet causa, aut sententia, *vista, y reuista*, & sæpe illa *Vista y reuista!*
sententia per vnum iudicem iam visa, lecta, & publi-
cata, *en la reuista*, vel confirmatur, vel in melius cō-
mutatur. Quare in re tam graui & periculosa, admit-
tendi noua miracula, & recipiendi nouas reliquias,
voluit sacrum Concilium his tam significatiuis ver-
bis

Cc j bis

bis uti, ut Episcopus videat & reuideat, cognoscat & recognoscat, antequam approbet noua miracula & nouas reliquias, ne erret Ecclesia in concedendo cultum patriæ, dulciæ, vel hyperdulciæ nouis reliquijs, vel de nouo inuentis, ne adoretur lignū barchæ pro

Lignū barchæ
pro ligno crucis
adoratur.

Approbante.

ligno crucis, aut ossa eorum qui cruciantur in inferno, pro ossibus sanctorum in cœlo cum Christo regnantium, & ne approbando miracula Moyſis, approbet etiam miracula Magorum Pharaonis.

Exposito & intellecto verbo *recognoscente*, patet clarius verbū *approbante*. Approbare enim est quasi per publicum decretum decernere talia miracula esse bona, virtute diuina facta, & non ficta, simulata, aut dolosa: sed per intercessionem alicuius sancti à Deo impetrata in magnum beneficium nostrum, ut Deum Optimum Maximū in sanctis suis adoremus, colamus, & veneremur, eorumque sanctorum vitā, virtutes & mores imitemur.

Adorare Deū
in sanctis.

Ad imitationē
sanctorum.
De reliquijs no
uis.

Eodemque modo de reliquijs nouis, vel de nouo inuentis philosophandum est. Nam sicut ante approbationem miraculorum poterat dubitari, an essent vera miracula: sic ante approbationem nouarum reliquiarum potest dubitari, an sint veræ reliquiæ sanctorum. Qua approbatione facta, non licet dubitare: sed ceruices suas submittere obediētiæ decretis & mandatis Ecclesiæ & Episcoporum.

Non licet dubi
tare.

Comperit habere.

Restat nunc exponendum aliud verbum, *comperit habuerit*, quod etiam est additum à sacrosancto Concilio non sine mysterio. Nam & vice versa, si post recognitionem Episcopus reprobauerit noua miracula, aut nouas reliquias, aut non omnino & exactè veritas fuerit manifestata: sed aliquid *comperit habuerit* tantum, tunc *adhibitis in consilium Theologis*

11. *logis & pijs viris, ea faciat, quæ veritati & pietati consentanea iudicauerit.* Nota diligenter, quod sacrum Concilium supponit, quod solus Episcopus non faciat recognitionem & approbationem, quia supponit Episcopum habere consilium, ut de iure tenetur, & supra hoc eodem cap. varijs in locis dictum est. Ideo addidit, *adhibitis in consilium Theologis & pijs viris.* Nam propter novos consiliarios, Theologorum & piorum virorum non sunt reiſciendi Iurisperiti & Canonici consiliarij ordinarij Episcoporum: sed simul cum illis proponat causam, eorum vota audiat, libros consulant ad duas, vel plures sessiones, si talis causa exoptulat, & tandem ea faciat Episcopus, quæ veritati & pietati consentanea iudicauerit.

Theologis & pijs
viris.

Proponat causam.

- Adde, quod *comperit habere*, est etiam verbum iurisdictionem significans, seruatis de iure seruandis, ut dictum est, quod vulgo dicunt nostri Iurisperiti, *auer sacado en limpio, ò aueriguado alguna cosa.*

Sacar en limpio
ò aueriguar.
Iudicauerit.

14. Cæterum verbum *iudicauerit*, à dicto sacro Concilio appositum, omnia supradicta complectitur, & manifesta & clariora reddit, & tollit omnem difficultatem, cum sit proprium verbum iudicij. Iudicium autem perfectum esse non potest, nisi interueniat actor & reus, & ubi actor vel reus non apparet; fiscus pro eo citatur, seruatis supradictis terminis, & citato procuratore fiscali ad dicendum contra, vel alio, authoritate iudicis, loco partis, ut dicit Abbas in cap. venerabili, de test. notab. 2.

15. Sunt etiam valde notanda duo alia verba in dicto decreto apposita, *veritati, & pietati*, quæ copulatiuè sunt posita. Vtrumque enim est necessarium in hac forma à sacro Concilio præscripta. Si enim solā veritatem & rigorem iustitiæ sequeretur Episcopus,

Veritati & pietati.

omissa pietate, destrueret deuotionē, quam habent fideles in reliquijs & miraculis sanctorum. Si vero, omissa veritate, solam pietatem, & columbæ simplicitatem sequeretur, cum sæpissimè Sathanas in Angelum lucis se transfiguret, Paulus 2. ad Corinth. 11. facile disseminaret falsam pietatem, & zizania in agro Ecclesiæ, Matth. 13. in quo pater familias bonū semen seminauit. Oportet igitur Episcopos esse prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbas, Matth. 10. veritati & pietati consentanea iudicādo in reliquijs & ueneratione sanctorum, & in miraculorum approbatione.

Hoc aliud verbum, *controuersiam dirimat*, supponit etiam iurisdictionem maximam in Episcopo.

Controuersiam dirimat.

§. XXXI.

Metropolitanus & Concilium Prouintiale quid possunt facere in canonizatione sanctorum.

S V M M A R I V M.

- 1 Concilium Prouintiale.
- 2 Sanctos canonizare.

Quamuis enim ex controuersia de nouis miraculis & nouis reliquijs oriatur aliqua grauior questio, aut difficilis abusus extirpandus, & teneatur Episcopus certiorare Metropolitanum, & conprouintiales Episcopos, & expectare eorum sententiam: tamen dirimere controuersiam ad Episcopum spectare decernit sacrum Concilium.

Hos duos articulos, si aliqua de his rebus, scilicet de miraculis, reliquijs, aut imaginibus incidat, aut oria-

tur

tur grauior questio, aut aliquis dubius, aut difficilis abusus extirpandus, solus Episcopus non dirimat, sed spectare tenetur sententiam Metropolitanam & Episcoporum conprouintialium. Reliqua solus Episcopus sine Metropolitanam & conprouintialibus Episcopis, si vult potest iudicare.

Ex dictis etiam infero Concilium Prouintiale posse se intromittere, vigore huius decreti, de supradictis, videlicet de nouis imaginibus, nouis miraculis, & nouis reliquijs sanctorum: quia quod possunt singuli Episcopi posunt, & simul iuncti & congregati, pro eisdem causis imaginum, miraculorum, & reliquiarum, tractandis: maximè attendita forma præscripta in hoc decreto, quia plurimorum integrum est iudicium, Clement. 1. de sent. excomm.

Concilium Prouintiale.

Per eadem iura Concilium Prouintiale ante reservationem canonizationis solebat etiam & poterat sanctos canonizare, & sancti canonizati ab vno Episcopo decretum poterat confirmari in Concilio prouintiali, viso processu, quo constabat de sancta vita & miraculis in sancto confessore, aut de martyrio in martyre, & obligare totam Prouintiam ad colendum sanctum.

Sanctos canonizare.

§. XXXII.

Ad quem effectum sunt conuocandi Theologi & homines pii pro miraculis, reliquijs, & imaginibus Sanctorum.

S V M M A R I V M.

- 1 Obiectio.
- 2 Theologi & pii homines.
- 3 Solutio.

4 Repm.

4 *Reputatus tanquam sanctus.*5 *Coram Metropolitano.*6 *Consulendus Sanctissimus.*

Obiectio.

Nunc oportet satisfacere cuidam obiectioni, quia dicitur in contrarium, si Episcopus potest has iuridicas informationes recipere ad cognoscendum & recognoscendum, ac ad approbandum nouas imagines, miracula, & reliquias nouas, & per suum decretum ea approbauerit, aut reprobauerit, ad quem effectum Episcopus adhibet ad suum consilium Theologos & homines pios? Respondeo, quod dicta recognitio, & approbatio, seu reprobatio, est (verbi gratia) de miraculis. Veruntamen si ex illa approbatione est inferenda alia quaestio, an ille qui fecit miraculum sit reputandus tanquam sanctus, aut beatus, aut dandus sit illi aliquis honor, aedificandum altare, aut oratorium, aut capella, si populus miraculorum picturas facit, & instrumenta miraculorum in tabulis publice affigantur. Si etiam imagines depingantur cum splendoribus à caelo venientibus, & ad mille alios casus, & praesertim si ex Theologorum consultatione resultaret aliquod dubium tractandum aut proponendum coram Metropolitano in Concilio Prouintiali, aut sit extirpandus aliquis abusus, aut forsan, ad consulendum sanctissimum Dominum Nostrum Papam, ne in Ecclesia Dei aliquid nouum, aut inusitatum decernatur. Ideo & alias vocandi sunt ad Concilium Episcopi, Theologi, & homines pij, iuxta formam in dicto decreto traditam.

Theologi & pij
homines.
Solutio.

Reputandus tanquam,

Coram Metro-
politano.Consulendus
Sanctissimus.

§. XXXIII.

De reliquijs, miraculis, & imaginibus Sanctorum magna est tributa Episcopis iurisdictio, & auctoritas.

S V M M A R I V M.

1 *Multa potest facere Episcopus.*2 *Conclusio.*

EX vltimis verbis huius decreti, quibus hanc certam iuris regulam eduximus. *Nihil nouum, aut inusitatum in Ecclesia Dei decernatur inconsulto sanctissimo Romano Pontifice.* apparet etiam, quod Episcopus potest multo plura, quam quae diximus posse, ex supra deductis. Nam nil sibi videtur referuare Concilium Tridentinum in hac materia de reliquijs & veneratione sanctorum, quae non possit facere Episcopus, dummodo nihil nouum & inusitatum decernat inconsulto Romano Pontifice. Satis tamen est tetigisse magnam Episcopis fuisse tributam iurisdictionem per hoc decretum. Conclusio vero supra posita hoc cap. §. 21. manet in suo robore & vigore, quod non est omnino sublata inhibitio, & reseruatio facta ab Alexandro Tertio, & Innocentio Tertio in Concilijs generalibus Lateranensibus: quod de canonizatione & beatificatione sanctorum non se intromittant Episcopi, sed ad solum Romanum Pontificem spectet sanctos canonizare, & beatificare: quia talis est communis sententia Doctorum de hac materia scribentium. Ex quibus constat de iurisdictione Episcopis concessa vigore huius decreti, tam circa

Multa potest
facere Episco-
pus.

Conclusio.



circa venerationem & inuocationem sanctorum, cultum reliquiarum eorum, quã circa miracula, & imagines eorum: dictosque Episcopos multo maiorem facultatem habere, quam ante emanationem huius decreti, post dicta generalia Concilia Lateranensia.

§. xxxiiii.

Decretum Rotæ Romanæ circa probationes miraculorum.

Recordor me dixisse inhibitionem decretalium Lateranensium Conciliorum de reliquijs & veneratione sanctorum, fuisse moderatam, aut declaratam intentionem illarum per Concilium Tridentinum loco citato. Nam domini Auditores Rotæ Romanæ, vt refert Penya libr. 3. in vita sancti Raymundi de Penyafort in obseruat. cap. 3. dixerunt, quod Episcopus Barcinonensis iure potuit de miraculis B. Raymundi testes examinare, & legitimas probationes recipere. Constat enim ex illius dictis eos loqui de tempore ante Concilium Tridentinum, cum ibi referat verba Petri Aragonum Regis scripta ad sanctissimum Martinum Quartum de anno 1281. Decretum autem Auditorum Rotæ fuit paulò ante canonizationem sancti Raymundi, quæ fuit de anno 1600. Dico igitur, quod de iure communi possunt Episcopi se intromittere de examine testium circa miracula sanctorum canonizandorum, & eas probationes esse legitimas, dummodo in his seruetur iuris stylus. Ex quibus manifestè constat Concilium Tridentinum non solum moderasse illas inhibitiones, sed etiam eas declarasse circa miracula, imagines, & reliquias Sanctorum.

§. xxxv.

§. xxxv.

Exequutio decreti sacri Concilij Tridentini de reliquijs, miraculis, & imaginibus.

S V M M A R I V M.

- 1 *Informationes de reliquijs sanctorum.*
- 2 *Don Petrus de Castro Granatensis Archiepiscopus.*
- 3 *In inuentione reliquiarum discipulorum S. Iacobi.*
- 4 *Sententiam tulit de reliquijs & miraculis.*
- 5 *Subscripserunt.*
- 6 *Tenor sententiæ.*

Nunc verò vigore huius decreti domini Episcopi informationes & inquisitiones recipiunt, tam de nouis imaginibus, quam de miraculis & reliquijs sanctorum, etiam antiquis, de nouo tamen inuentis, quas recognoscunt & approbant, & ad sua concilia adhibent Theologos & alios pios viros: conuocant Concilia Prouintialia: ibique sententias & decreta decernunt & pronuntiant de omnibus supradictis in dicto decreto contentis. Sicque videmus factum & exequutum ab Illustrissimo & Reuerendissimo Petro de Castro Archiepiscopo Granatensi post nouam inuentionem reliquiarum discipulorum sancti Iacobi & aliorum, de quibus pauca dixi in cap. 2. ex Gregorio Lopez. Recepit namque iuridicè suas informationes, conuocato eius Capitulo Canonicorum. Recognouit loca, in quibus inuentæ fuerunt sanctæ reliquæ, & laminæ cum suis litteris latinis antiquissimis, in quadam arca siue techa custoditis: eaque recognouit, & per noua miracula post inuentionem,

Informationes de reliquijs sanctorum.

Don Petrus de Castro Granatensis Archiepiscopus

In inuentione reliquiarum discipulorum S. Iacobi.

Dd j & in

Examinare testes de miraculis.

*Sententiam tur-
lit de reliquijs
& miraculis.
Subscripserunt.*

& in inuentione dictarum reliquiarum facta, appro-
bavit, ad suumque Concilium adhibuit non solum
Theologos, & pios viros: sed etiam conuocauit om-
nes conprouintiales, ibique sententiam tulit de ve- 4
neratione & inuocatione reliquiarum de nouo inuen-
tarum. Cui sententiæ se subscripserunt non solum 5
Episcopi & Abbates conprouintiales, sed etiam Pro-
curatores Capitulorum & Episcoporum absentium,
& etiam ante omnes, post Episcopos præsentibus, no-
uem domini Licentiati & Doctores Regiæ Audien-
tiæ & Cancellariæ, tanquam viri pii specialiter no-
minati & deputati per dictum dominum Archiepi-
scopum ad hunc effectum. Postea se subscripserunt
plures Doctores in dignitate constituti, quorum ali-
qui erant Inquisitores, alij Vicarij generales Episco-
porum, plures Doctores Cathedralici in sacra Theo-
logia, ac in utroque iure, plures etiam Religiosi,
Prouintiales, Priores, Diffinitores, patres societatis
Iesu, & Rectores illius. Tenor verò sententiæ vul-
gari lingua Hispanica talis est, in hoc summario.

Tenor sententiæ.

*Nos &c. fallamos de un mismo parecer y assenso, en
que fueron todos conformes, que deuemos declarar, y de-
claramos, diffinimos, y pronunciamos, las dichas Reli-
quias &c. ser verdaderamente reliquias de santos mar-
tyres, que gozan y reynan con Dios nuestro Señor en el cie-
lo &c. Lo ha comprobado Dios con muchos milagros &c.
hauer de ser veneradas, veneradas, y adoradas con honra
y culto divino.*

Quam sententiam transmisit dominus Archiepisco-
pus Sanctissimus Domino Nostro Papæ Clementi
Octauo.

§. xxxvi.

Caput
quintum

Sanctorum.

209

§. xxxvi.

*Potest Episcopus Barcinonensis recognoscere, & approba-
re miracula, reliquias, & imagines S. Ollegarij.*

S V M M A R I V M.

- 1 *Potest Episcopus Barcinonensis pro S. Ollegario facere*
- 2 *Noua informatio de miraculis nouis.*
- 3 *Veneratio & possessio.*
- 4 *Theologos & pios viros.*
- 5 *Processus ad sanctissimum.*

1 **C**oncludo, quod sine dubio potest Reuerendis-
simus dominus Episcopus recognoscere, præ-
uia informatione iuridice facta, antiquissimas reli-
quias corporis sancti Ollegarij, & approbare anti-
quissimam venerationem ei ab immemoriali tem-
pore datam & tributam. Et eodem modo de miracu-
lis antiquissimis.

*Potest Episco-
pus Barcinonen-
sis pro S. Ollega-
rio facere.*

- 2 Nouamque informationem & inquisitionem de
miraculis hoc tempore factis, in confirmationem an-
tiquorum, recipere tenetur. *Noua informa-
tio de miracu-
lis nouis.*
- 3 Et de antiqua deuotione, veneratione, inuoca-
tione, & de possessione, in qua existit sanctus Olle-
garius, qui ab immemoriali tempore veneratur tan-
quam sanctus. *Veneratio &
possessio.*
- 4 Vocabiturque sua dominatio Reuerendissima Theo-
logos & pios homines ad suum consilium, de quo-
rum voto ea quæ veritati & pietati consentanea sunt,
iudicabit. *Theologos &
pios viros.*
- 5 Remittet tandem sua Reuerendissima dominatio
processum ad sanctissimum Dominum nostrum Pa-
pam, *Processus ad
sanctissimum.*

D d ij pam,

pam, ad effectus huic Ecclesiæ magis utiles, videlicet ad beatificandum, aut canonizandum sanctum Ollegarium suo debito tempore. Interim tamen ad petendum a sua Sanctitate indultum ad celebrandū officium de eo in die sui obitus, in hac Ecclesia & dioecesi.

CAPVT SEXTVM.

An ex parte sancti Ollegarij adessent rationes & causæ vt mereretur canonizari, aut beatificari,

S. I.

Proponuntur septem rationes ad canonizandum sanctum Ollegarium.

S V M M A R I V M.

- 1 *Recopilatio dictorum.*
- 2 *Propositum Authoris.*
- 3 *Sanctus Ollegarius meruit canonizari.*
- 4 *Septem rationes.*

Recopilatio dictorum.



HACTENVS sanctum Ollegarium floruisse & obiisse de tempore, quo erat licitum Episcopis sanctos canonizare, Episcoposque talifacultate esse præditos, tanquam successores Apostolorum: Coadiutorumque & Canonicos esse necessarios Episcoporum

porum consiliarios, sicut Illustrissimi Cardinales assistunt Sanctissimo Domino Papæ in locum Apostolorum suffulti, in canonizatione Sanctorum, satis abunde dictum est. Nunc restat inquirere, an in nostro sancto Ollegario adessent rationes & causæ, vt mereretur canonizari, & quod aliquis Episcopus Barcinonensis sancti Ollegarij successor, vel Archiepiscopus Tarraconensis, habuerit iustam causam & rationem canonizandi & beatificandi dictum sanctum Ollegarium, euidenter ostendunt sequentia argumenta inferius posita.

Et quoniam in præludio quinto satis abunde probatum est duo desiderari vt sanctus canonizetur, vt inquit ibi Gregorius, virtus morum, & veritas signorum, merita videlicet, & miracula. Ideo prima ratio huius capituli erit de virtutibus & meritis sancti Ollegarij. Secunda de miraculis. Tertia de septem honoribus sanctorum, quæ tribuuntur sancto Ollegario. Quarta de eius miraculosa corporis integritate. Quinta de singulari priuilegio circa donū linguarum. Sexta de dono prophetiæ, quibus fuit præditus. Septima concluditur de necessitate consequentis & consequentiæ, quod in nostro sancto Ollegario fuerunt & sunt ab immemorabili tempore rationes & causæ vt posset canonizari iam in illo principio post eius obitum.

S. II.

Integritas vite exemplaris sancti Ollegarij.

S V M M A R I V M.

- 1 *Vite integritas.*

2 *Dile-*

Propositum Authoris.

Sanctus Ollegarius meruit canonizari.

Septem rationes.

2 *Dilectus.*3 *Raymundus Berenguer.*4 *Pontifices Romani.**Vita integritas.*

Prima ratio. Sancti Ollegarij vita, firma fidei, I
spei, & charitatis puritate, integerrima, perfectif
sima, & exemplaris, nullo peccato maculata, sed
omni virtutum, & sanctitatis genere ornata, legitur.
Qui toto tempore vitæ suæ in tali fuit, & nunc est o-
pinione, & fama publica, & ab omnibus fuit reputa-
tus vir sanctus, bonus, rectus, ac timens Deum. Qui
propter eius multiplices virtutes fuit valde dilectus 2
à Principibus, qui suo tempore floruerunt, tam in
hoc nostro Principatu Raymundus Berenguer pri-
mus, secundus, tertius, & quartus, domina Dulcia 3
Comitissa Prouinciæ vxor inuictissimi Raymudi Be-
renguer huius nominis tertij Comitæ Barcinonensis
quam in Regnis Aragonum & Castellæ, vt Ramirus
Rex Aragonum, qui dissidebat cum Alphonso Re-
ge Castellæ, quos noster Ollegarius ad pacem & cõ-
cordiam reduxit: quam etiam in Italia Romani Põ- 4
tifices Paschalis secundus, Gelasius secundus, Ca-
lixthus secundus, à quo Legatus à latere fuit creatus,
Honorius secundus, & Innocentius secundus, quo-
rum autoritate ad aliqua Concilia generalia acces-
sit noster Ollegarius.

*Pontifices Ro-
mani.*

In huius sancti fauorem dicta videntur quæ de ius-
to scribuntur Sapientiæ 39. *In medio magnatorũ mi-
nistrabit, & in conspectu præsidis apparebit.* & cap. 45.
Glorificauit eum dominus in conspectu Regum, quæ om-
nia arguunt magnam sanctitatem in nostro sancto
Ollegario.

§. III.

Beatus Ollegarius fuit valde dilectus à Principibus.

S V M M A R I V M.

- 1 *Beatus Ollegarius educatus inter Principes.*
- 2 *Amicitia litterarum.*
- 3 *Laudes beati Ollegarij in pueritia.*
- 4 *Canonicus Barcinonensis.*
- 5 *Præpositus.*
- 6 *Episcopus Barcinonensis.*
- 7 *Respuit electionem.*
- 8 *Confirmatio electionis.*
- 9 *Archiepiscopus Tarraconensis.*
- 10 *Exequutor ultimæ voluntatis Principis.*

Dictum est supra nostrum sanctum Ollegarium
fuisse valde dilectum à Principibus, & à Roma-
nis Pontificibus, qui suo tempore floruerunt. Ferunt
namque permisisse seniore Raymundum Beren-
guer, vt noster Ollegarius inter Principes eius filios
per grauissimos doctores magistros illius temporis
educaretur. Non potest dubitari amicitiam, quæ lit-
terarum studijs contrahitur esse perfectissimam, &
dilectione dignam, maxime in puero Ollegario &
adolescente, præclarissima corporis forma, elegan-
ti loquela, subtili ingenio, memoria docili, & omni
virtutum genere ornato: quem iam in prima florida
ætate in numero Canonicorum Ecclesiæ Barcinonensis
si adscribi curasse, dilectio fuit nõ modica Principum.
Istius Ecclesiæ vnicam Præposituram, quæ postea
in duodecim Præpositos fuit diuisa, beato Ollega-

*Inter Principes
educatus.**Amicitia litte-
rarum.**Laudes in pue-
ritia.**Canonicus Bar-
cinonensis.**Præpositus.*

rio conferri insignis dilectionis Principum inditium fuit.

Episcopus Barcinonensis.

Respuit electionem.

Confirmatio electionis.

Archiepiscopus Tarraconensis.

Executor testamenti Principis.

6 Eligi beatum Ollegarium in Episcopum Barcinonensem a suo Principe Raymundo huius nominis tertio, magnæ dilectionis signum est. Sui Principis electionem respuere, in aliquibus causa est amissionis gratiæ Principis: in nostro verò Principe Raymundo causa fuit maioris dilectionis. Ad summum Pontificem, non sine magnis sumptibus, periculis, & labore properare pro confirmatione electionis obtinenda, maximæ dilectionis argumentum esse nullus ignorat. Concedere beato Ollegario omnimodam iurisdictionem, iuraque ciuitatis, terminorum, & campi, eumque eligere in Archiepiscopum, & Primate[m] totius Prouintiæ Tarraconensis, eiusque electionis confirmationem, & litteras a summo Pontifice obtinuisse, certissimum est suæ dilectionis inditium. Quem idem Princeps suæ ultimæ voluntatis & testamenti exequutorem constituit, nisi beatum Ollegarium, quem ab intimis visceribus diligebat? Probationem (Lector ornatissime) quod ab alijs Principibus fuerit dilectus, remitto ad suam historiam, vbi de his latius dictum est.

S. IIII.

Beatus Ollegarius fuit valde dilectus a summis Pontificibus, qui suo tempore floruerunt.

S V M M A R I V M.

1 *Paschalis Secundus.*

2 *Laudes beati Ollegarij Episcopi.*

3 *Gelasius Secundus.*

Calixtus

4 *Calixtus Secundus.*

5 *Ad Concilium Lateranense.*

6 *Legatus a latere.*

7 *Ad Cruciatam pro exterminandis Mauris ab Hispania.*

8 *Honorius Secundus.*

9 *Peregrinatio ad Terram sanctam.*

10 *Innocentius Secundus.*

11 *Ad Concilium Claramontanum.*

Qvod autem beatus Ollegarius fuerit a summis Pontificibus dilectus, sequentibus aperiam.

- 1 *Paschalis Secundu*
Paschalis Secundi beatus Ollegarius fuit creatura, quem in Episcopum Barcinonensem ordinavit. Bonæ opinionis fama de beato Ollegario ad Sanctissimum dominum nostrum Papam, & ad Illustrissimum Cardinalium coetum, litteris sui Principis perlata, tam circa eius vitæ sanctimoniam, sermonis elegantiam, concursum populorum ad eius conciones audiendas, verbi diuini expositionis dexteritatem, charitatis zelum, spiritus feruorem, quam circa eius subtilissimi ingenij acrimoniam, foecundissimæ memoriæ perspicuitatem, & bonorum omnium virtutum morum obseruatiam, visitatis sanctorum Apostolorum liminibus, eius vigilantissimi Antistitis Ollegarij aspectu & præsentia, fuit a summo Pontifice Gelasio Secundo cõprobata: quem in Archiepiscopum & totius Tarraconensis Prouintiæ Primate[m], cum retentione Barcinonensis Episcopatus, creauit, & Apostolico pallio insigniuit. Gelasio ad altioris fortunæ vitam post mortem elato, in Pontificali sede successit Calixtus Secundus: erat enim Cardinalis tempore promotionis beati Ollegarij,

Paschalis Secundu

Laudes beati Ollegarij Episcopi.

Gelasius Secundus.

Calixtus Secundus.

*Ad Concilium
Late. anense.
Legatus a late-
re.*

*Ad Cruciatam
pro exterminā-
diū Mauris ab
Hispania.
Honorius Secū-
dus.*

*Peregrinatio ad
Terrā sanctā.*

*Innocentius Se-
cundus.*

*Ad Concilium
Claramontanū.*

cui iterum desiderio videndi, audiendi, & colloquē-
di nostrum beatum Ollegarium ad sacrum Latera-
nense Concilium vocat, quem suum à latere Lega-
tum (ad nostram Hispaniam transmisit) cum facultate
exequendi litteras Apostolicas in favorem eorum,
qui signum crucis suis vestibus imposuerint, ad
extirpandos inimicos Christianorum) eadem dilectione,
qua prædicti Pontifices prosequuti sunt, prosequutus
est Honorius Secundus nostrum sanctum Ollegarium:
cui excusationem admisit non veniendi ad limina
beatorum Apostolorum, tum quia fenio confectus,
lassus, & defessus à longa sacrorum locorum
peregrinatione Terræ sancte, tum etiam quia
adhuc erat in exercito executionis litterarum
Calixti, pro militibus signo crucis insignitis,
qui insistebant in Maurorum expulsionē. Honorio
vita functo successit Innocentius secundus, qui
oppressus ab Antipapa Anacleto coegit Conciliū
Claramontanum, cōsciū de nostri beati Ollegarij
sanctimonia, litteris, & virtutibus, ad Concilium
vocavit, ubi Anacleto repulso, fuit Innocentij electio
canonica declarata. Constat igitur nostrum sanctū
Ollegarium fuisse valde dilectum à Romanis Pontificibus,
ac à Catholicis Principibus.

§. v.

Miracula sancti Ollegarij.

S V M M A R I V M.

1 Abbas.

2 Malusius.

3 Baldus.

4 Cassaneus.

Secunda

Caput
textum

Sanctorum.

217

Secunda ratio. Innumera miracula post obitum
sancti Ollegarij, per eius intercessionem à Deo
facta, arguunt & probant eius sanctitatem, vt
probatum est præludio quinto, digressionē de miraculis.
Dictum est miracula post eius obitum? (Nam vt
notant Doctores in dicto cap. primo de reliquijs &
veneratio. sanctor. & ibi Abbas num. 4. & latē
probat Malusius de canonizatione sanctorum, §. aggredior,
nu. 73.) ad distinctionem miraculorum in vita
factorum: habent enim maiorem rationem calumniandi,
quam ea, quæ facta sunt post mortem. Quādoque
enim per malos viuos fiunt apparentia miracula,
canon. teneamus, & cano. prophetauit i. q. i. sicut
latius dictum est in dicto prælud. quinto. Duo
hæc priora argumenta habent fundamentum ex doctrina
Baldi in cap. venerabili, de testib. & ex dictis
Imolæ grauiissimi doctoris, qui eodem cap. venerabili,
de testib. in primo notabili dicit: *Duo sunt requisita,
vt quis canonizetur pro sancto: primum est, si vitam
duxerit virtuosam: secundum, quod miracula fecerit.*
& allegat bonam glos. in cap. i. de reliqu. & veneratio.
sanctor. & cum eo concurrat communis opinio doctorum
ibi scribentium. & præclare fertur hoc Cassaneus
in cathalog. gloriæ mundi, confiderat. 49. in princ.
Abbas etiam in d. cap. de reliq. & veneratione sanctor.
dicit, quod miracula non sufficiunt vt aliquis veneretur
pro sancto: & adducit exemplum de Simone Mago,
Saul, & alijs, qui faciebant miracula, & non erant
sancti. Hæc Abbas.

§. vi.

*Septem honores Sanctorum conceduntur beato
Ollegario.*

E e ij

SVM.

S V M M A R I V M.

I Honores Sanctorum.

Tertio. Septem illi honores, quos enumerat dicitus Illustrissimus Cardinalis Bellarminus loco citato cap. septimo, quos beato Ollegario tributos fuisse videmus, vt infra dicetur toto cap. 12. quos succinctè hic refero.

Honore sanctorum.

Primus. Adscriptus in Catalogo Sanctorum fuit beatus Ollegarius in Litanij Ecclesiæ Barcinonensis, & in libro floris sanctorum eiusdem Ecclesiæ, sexta Martij.

Secundus. Inuocatur tanquam sanctus in ipsij Litanij, & in publicis istius Ecclesiæ precibus.

Tertius. Habet sanctus Ollegarius à fundatione istius Ecclesiæ proprium sacellum & altare in eius honorem ædificatum, & honorificum sepulchrum, in quo veneratur eius integrum corpus.

Quartus. In altare sacelli sancti Ollegarij celebrantur Missæ singulis diebus.

Quintus. Sexta Martij, qui est dies sancti Ollegarij, celebratur festiuitas in eius honorem.

Sextus. Plures effigies, figuræ, & imagines sancti Ollegarij sunt sculptæ & depictæ in dicto eius sacello, & alibi.

Septimus. Sancti Ollegarij reliquiæ & integrum corpus est reconditum in marmoreo sepulchro pretiosissimo, & mirificè elaborato, in quo publice veneratur & inuocatur, à cuius inuocatione innumera miracula operatur Dominus per eius intercessionem.

Quæ

Quæ probant sanctitatem nostri sancti Ollegarij, & eius beatificationem, aut canonizationem.

§. VII.

Integritas corporis beati Ollegarij.

S V M M A R I V M.

I Deuotione magna.

2 Corporis integritas

Quarto. Corporis integritas, conseruata à quadringentis octuaginta annis, inducit ad probandam sanctitatem, ex verbis Regij Prophætæ Psalm. 36. *Reliquiæ impiorum interibunt, & per consequens Reliquiæ iustorum conseruantur, quoniam (inquit) sunt reliquiæ homini pacifico.* Homo fuit pacificus sanctus Ollegarius, cum passiones suas pacatas possederit in obsequium Christi domini, vt testatur eius corporis integritas, quæ virginitatem etiam denotat in eo, ex qua corporis integritate, & miraculorum multitudine fuit tanta orta deuotio in tota hac diocesi Barcinonensi, & in omnibus eius Christi fidelibus, quod piè creditur, nisi dicamus, quod certo scimus, ex infra dicendis, aliquem Episcopum Barcinonensem, vel Archiepiscopum Tarraconensem dictum sanctum Ollegarium canonizasse, aut saltim beatificasse.

2 De miraculosa eius corporis integritate extat relatio grauissimorum Medicorum & Chirurgorum, facta diligenti & exactissima illius sancti corporis recognitione.

§. VIII.

§. VIII.

Donum linguarum sancti Ollegarij.

S V M M A R I V M.

1 *Mirificè concionabatur.*2 *Varijs linguis.*

Quinto. Quia ex his quæ narrantur in eius historia constat dictum sanctum Ollegarium fuisse præditum dono linguarum, videlicet, vel quod omnium linguas loquebatur, vel quod vna sua lingua omnibus erat communis, sicut legitur de Apostolis, & de aliquibus alijs sanctis. Quod priuilegiū de dono linguarum solis sanctis concessum legimus.

*Mirificè concionabatur.**Varijs linguis.*

Quod autem tali dono linguarum præditus esset, constat, quia concionabatur mirificè & fructuose in Cathalonia, in Gallia, Italia, Suria, Alexadria, Antiochia, Tripoli, & Ierofolymis: quorū linguæ sunt ita variæ, vt vni concionatori sit moraliter impossibile tot linguas ediscere, maximè linguas tam remotas, ac ignotas, quas vnica peregrinatione, quā ante biennium expleuit, ediscere erat impossibile. Arguit igitur hoc donum singulare singularem sanctitatem.

§. VIII. E.

Donum Prophetiæ sancti Ollegarij.

S V M M A R I V M.

1 *Præsciuit obitum.*2 *Vltima Synodo.*

Sexto.

Sexto. Quia ex eadem historia constat dictum sanctum Ollegarium fuisse præditum dono etiam prophetiæ, ex eo quod præsciuit ferè per annum, & saltem per plures menses ante, diem sui obitus: & prædixit publicè in vltima Synodo, se non celebraturum alteram Synodum, prout reuera aliam non celebrauit. Quibus inducimur ad credendum aliquè Episcopum Barcinonensem, vel Archiepiscopum Tarraconensem canonizasse, aut saltem beatificasse dictum sanctum Ollegarium, eleuando eius sacrum & integrum corpus e terra, vt dictum est. Hoc alio validissimo argumento pro septima ratione probatur.

*Præsciuit obitum.
Vltima Synodo.*

§. x.

Stantibus rationibus prædictis, sanctus Ollegarius præsumitur beatificatus, aut canonizatus.

S V M M A R I V M.

1 *Ratio ad canonizandum sanctum Ollegarium.*

Septimo. Si Episcopus Barcinonensis, vel Archiepiscopus Tarraconensis potuit canonizare, aut beatificare sanctum Ollegarium, & habuit iustas rationes, sufficientes, congruas, & necessarias causas ad eum canonizandum: credendum & præsumendum est, quod voluit: maxime instante clero & populo. Si potuit & voluit, ergo præsumendum est, quod de facto eum canonizauit, aut saltem beatificauit, maxime per rationes in capite sequenti ad ductas.

Ratio ad canonizandum S. Ollegarium.

§. XI.

S. XI.

Summarium eorum, quæ sunt inserta in processu visitationis, quæ ad hoc caput sextum pertinere videbantur.

S V M M A R I V M.

- 1 Vita beati Ollegarij.
- 2 Bullæ Tarraconensis Archiepiscopatus.
- 3 Pallij.
- 4 Legatus à latere.
- 5 Litaniæ antiqui Rime manuscriptæ.
- 6 Litaniæ typis excussæ.
- 7 Relatio Medicorum de integritate corporis sancti Ollegarij.
- 8 De figura sancti Ollegarij in clauæ.

AD probandas septem rationes huius capituli sexti, & plures alias, quæ in capite septimo deducuntur, habet hæc Ecclesia ad producendum in processu canonizationis: Vitam beati Ollegarij, ex libro floris sanctorum Ecclesiæ Barcinonensis, cum aliquibus miraculis. Et eiusdem vita ex libro de vitis Pontificum istius Ecclesiæ, ex Tarafa.

Item Gelasij secundi Bullam creationis beati Ollegarij Episcopi Barcinonensis in Archiepiscopum Tarraconensem.

Item & concessionis pallij litteras, ex Archiuo Regio Barcinonensi.

Item Calixti secundi Bullam, qua beatus Ollegarius creatur Legatus à latere, pro executione litterarum Apostolicarum in fauorem militum exercitus Hispa-

Vita B. Ollegarij.

Bullæ Tarraconensis Archiepiscopatus.

Pallij.

Legatus à latere.

Hispanorum, qui crucis signum suis vestibus imposuerunt, ad expellendum Mauros ab Hispaniarum Regnis, ex Archiuo Capituli.

5 Item etiam Litanias Ecclesiæ Barcinonensis, ex antiquissimo Processionali manuscripto, in quo inuocatur sanctus Ollegarius inter sanctos Pontifices Confessores, sub his verbis, *S. Ollegari, ora pro nobis.*

Litaniæ antiquissimæ manuscriptæ.

6 Itē easdē Litanias ex antiquo Processionali typis autoritate Episcopi & Capituli excusso, in quo etiā S. Ollegarius inuocatur inter sanctos Pontifices confessores, sub eisdem verbis, *S. Ollegari, ora pro nobis.*

Litaniæ typis excussæ.

7 Item placuit hic inferere Medicorum & Chirurgorum relationem de integritate & miraculosa incorruptione corporis sancti Ollegarij in processu producendam.

Relatio Medicorum de integritate corporis sancti Ollegarij.

8 Tandem ex relatione expertorum de effigie sancti Ollegarij in lapide sculpta in summitate sacelli, siue capellæ eiusdem sancti, de ordine Episcopi & Capituli in eo publico loco à fundatione Ecclesiæ apposita, cum fulgentissima deaurata corona, in signum suæ sanctitatis, plura dicemus infra in capite septimo §. 25.

De figura sancti Ollegarij in clauæ.

S. XII.

Exquisitissima Medicorum, & Chirurgorum censura de admirabili sancti Ollegarij corpus integritate.

S V M M A R I V M.

- 1 Quatuor præstantissimi Medici.
- 2 Duo Chirurghi.

- 3 *Propositio Episcopi de integritate corporis sancti Ollegarij.*
- 4 *Diligentia Medicorum & Chirurgorum.*
- 5 *Vbi & quomodo inuenerunt corpus sancti Ollegarij.*
- 6 *Mouet ad deuotionem.*
- 7 *Viso corpore.*
- 8 *Locus in quo iacet corpus.*
- 9 *Non habet præseruatiua corruptionis.*
- 10 *Corpus denudatur.*
- 11 *Ac si nuper mortuum esset.*
- 12 *De eius carnibus & pelle.*
- 13 *De capite.*
- 14 *Sine scissura.*
- 15 *De facie.*
- 16 *De oculis.*
- 17 *De auribus.*
- 18 *De naribus.*
- 19 *De collo.*
- 20 *De musculis.*
- 21 *De brachijs.*
- 22 *De torace & ventre.*
- 23 *De cute & carne.*
- 24 *Sine solutione, aut diuisione.*
- 25 *Interanea non fuerunt foras educta.*
- 26 *Posteriora corporis.*
- 27 *De terreo colore.*
- 28 *De coxis & cruribus.*
- 29 *De pedibus.*
- 30 *Mirabilis Dominus in integritate corporis beati Ollegarij.*
- 31 *Integrum corpus, imputre, & incorruptum.*
- 32 *Vnde hæc integritas & incorruptio.*
- 33 *Mixta orta interitum & putredinem patiuntur.*

- 34 *Ad uitandam putredinem.*
- 35 *Aromatis implent corpora mortuorum.*
- 36 *Partes internas auferunt.*
- 37 *Ars conseruandi.*
- 38 *Embammata.*
- 39 *De montibus arenarum.*
- 40 *De corpore sancti Ollegarij.*
- 41 *Sub terra humatum.*
- 42 *Imputre, integrum, & incorruptum præter naturæ ordinem.*
- 43 *Torax integer sine ulla sectione.*
- 44 *Aromata quæ conseruant à corruptione, durant per annos viginti, aut quadraginta.*
- 45 *Et terra erexerunt.*
- 46 *Glorificauerunt Deum in sancto suo.*
- 47 *Attestatio de integritate corporis sancti Ollegarij.*
- 48 *Sanctissima vita, & insignia miracula.*
- 49 *Sanctitas sancti Ollegarij.*
- 50 *Miraculosa & supernaturalis integritas.*

I **G**abriel Antonius Bossierius miles Barcinonæ populatus, Artiū & Medicinæ doctor, ac in Principatu Cathalonix, & Comitatus ei adiacentibus à Sacra Catholica Regia Maiestate Regis nostri Prothomedicus constitutus, Petrus Font, & Hieronymus Roig Artium & Medicinæ doctores, necnon primarij Medicinæ Cathedralici in Vniuersitate Barcinonensi, Thomas Boria Medicinæ doctor, & ex Collegio Medicorum Barcinonensium vnus, Antonius Coll Chirurgus, & Collegij Chirurgorum Barcinonensium Decanus, & Michael Miro Chirurgus Artium & Medicinæ primis laureis insignitus, citati, iurati, & vocati ab Illustri. & Reuer. Ludouico

Quatuor præ-
sistentissimi me-
dici.

Duo Chirurgi

Proposito Episcopi de integritate corporis sancti Ollegarij.

Sans Episcopo Barcinonēsi, ex commissione Apostolica, vt integritate corporis sancti Ollegarij visa, & apprimē examinata, de ea fidem faciant: simulque dicant, vtrum corpus dicti sancti Ollegarij ita integrum & incorruptum per spatium 481. annorum vi naturæ potuerit permanere. an talis integritas sit opus supranaturale, & omnem naturæ captum excedat, sententiam suam referunt his.

Diligentia medicorum & Chirurgorum. Vbi et quomodo inuenerunt corpus sancti Ollegarij.

Dicunt in primis, ad sinceritatem corporis dicti obseruandam, contulisse se ad sepulchrum, in quo corpus continebatur emortuum, quod adinuenerūt in marmoreo lapide Episcopalis vestitū vestibus, integrum tamen, corpus quidem offenderunt mortuum, sed nullum de se horrorem mouens, nullumve excitans pauorem, cum talia symptomata consequi solcant corpora defuncta, immo commouens omnes ad deuotionem, adeo vt neminem ex ijs qui ad eum visendum accedunt, non reuerentem faciat & sui deuotum: quod & ipsis contigisse palam profitentur.

Mouet ad deuotionē.

Sed cum posset curiosa hominum diligentia, vel ementiens impostura, talis incorruptionis in dicto corpore esse causa: viso corpore, locum in quo decumbebat diligentius recognouerunt, detegendi ratione, vtrū sub corpore subessent aromata, vel emammata, odoratave unguenta aliqua, quibus ars solet & potest ementiri integritatem in corporibus vita priuatis: nec profuit curiositas & scedulum studium, quia re omni exactissime circumspēcta, nihil dictorum reperierunt, præter cubile ex lana constructum, in quo corpus exangue & frigidum iacebat & morabatur.

Viso corpore: Locus in quo iacet corpus. Non habet præseruatiuum corruptionis.

Corpus denudatur.

Corpore denudato, & ad locum decentem examinatum

mini facturo delato, viderunt corpus ipsum omni ex parte, vno dempto extremo naso, qua carnosus est deficiente, adeo rite conformatum, ac si nuper emortuum esset, seruantibus partibus inter sese eam figuram, numerum, magnitudinem, & situm, & cum toto eam symmetriam & proportionem, qualem seruari in corporibus viuētibus, vel nuper defunctis est videre: solo eo intercedente discrimine, quod in dicto corpore carnes erant exsuccæ, & marcidæ, & vestiens ipsas cutis rugosa, & in plicas contracta.

Ac si nuper mortuum esset.

De eius carnis & pelle.

Capite recognito, ipsum capillis destitutum, qua parte pilosum esse solet adinuenerunt, non tamen ex sola ossea caluaria constare, sed cute obtectam experti fuerunt, nullam tamen in eo factam fuisse

De capite.

scissuram, vel solutionem, per quam potuerit aliquo tempore extractum fuisse foras cerebrum, & caput aromaticis rebus adimpletum, ad integritatem vel conseruandam, vel faciendam, obseruarunt. Anteriori

Sine scissura aut solutione.

iore itidem capitis parte, qua facies est, animaduersa, & ipsam carnibus & cute esse circumuestitam viderunt.

De facie.

Oculi erant caui, deficientibus in ipsis humore chrystallino, vitreo, & potissimum aqueo, a quibus orbicularem ipsi suscipiunt figuram: videbantur tamē in eis relictæ tunicæ, & super ipsos prominabant supercilia.

De oculis.

Aures similiter conformatas adinuenerunt, ac in prima sui constitutione eas accepit nulla parte deficientes. Nares bene constitutas, sola, vt diximus, extrema earum parte absente.

De auribus.

De naribus.

Collum capiti coniunctum per eadem vincula, & iisdem ligatum ligamentis, quibus in omnibus corporibus solet alligari respexerunt, contactum quidem & ipsum carnosus musculis, suisque carnibus, &

De musculis.

propria

- De brachijs.* propria cute ambitum & vestitum. Vtrinque ex humeris pendebant brachia, carnibus & cute circumsecta. Thorax, ac venter, totumque abdomen ex proprijs carnibus & pelle propria constabant: non minus enim integra fuerunt visa, ac in nobis videntur, præterquã quod in corpore hoc erant hæc corrugata, cum in nobis sint tensa. 21
- De torace & ventre.* Nec ita esse corrugata arbitretur quispiam voluit, vt nihil aliud esse videantur, quam cutis inhærens ossibus: nam, quod mirum maxime est, digitis compressa caro tactui cedebat, & ad propria deinde redibat sedem. Integer erat thorax, integer & venter totus, nulla vnquam solutione, vel diuisione affectæ erant hæc partes, quod maxime obseruatũ fuit, quo exinde accepto argumento constaret: nec interanea, nec partes intus contentas fuisse ab hoc corpore aliquando foras ductas, nec quæ intus restabant partes aromatis adimpletas, conseruandæ sinceritatis ergo. 22
- De cute & carne.* Posteriora huius corporis eandem seruabant integritatem: visa tamen fuerunt diuerso infecta colore quã anteriora: erant enim prædicta & colorata terreo colore, & terræ simillimo. Exoriebantur vtrinque ex suis coxis crura plena carniū suarum, & cutis ea tegentis. Nec priuilegio hoc destituebantur pedes, nã & hi suas habebant carnes, & propria contegebantur cute, quantumuis marcida, & plicarum plena, vt & in reliquis cernebatur partibus. Adeo vt mirabilis ipsis sit visus Dominus ex hac corporis huius integritate, perpetuitate, & adhuc per tot annos perseuerante rita conformatione & fabrica. Totum enim corpus integrum manet, & decentem conseruat suam primam constitutionem & harmoniam: 23
- Sine solutione, aut diuisione.* 24
- Interaneas non fuerunt foras e ductas.* 25
- Posteriora corporis.* 26
- De terreo colore*
De coxis et cruribus. 27
- De pedibus.* 28
- Mirabilis Dñs in integritate corporis B. Olegarij.* 29
- Integrũ corpus, imputre, & in corruptum.* 30
- omnia.

omnia rursus instrumenta in eo, tam magna, quam parua, suam debitam & conformem obtinent proportionem, & seruant structuram. Vel ex quibus concludunt corpus sancti Olegarij integrum permanere, nulla ex parte defectuosum, vno dempto extremo naso, ipsumque imputre seruari, & incorruptum.

- 32 Sed vtrum hæc integritas & incorruptio perdurãt 481. annos, à causa quapiam naturali prouenire possit, & vi naturæ, vel artis alicuius procurari, quod erat secundum ab ipsis exigendum, vt definiant, subiiciunt, quod mirè docuit Aristoteles lib. 4. Meteoron cap. 1. mixta omnia, qua mixta sunt, propter eandem rationem, qua oriuntur, idest, in ijs vnitur humidum elementum cum sicco, beneficio caloris proportionati naturæ cuiusque, frigido tamen permixti (ex qua vnione resultat integritas & perseuerantia in corporibus) debere interire, & putredinem naturalem, quæ communissimum est contrarium ortui simpliciter dicto, pati: quia sit necessarium elementa in ijs dissolui, & nexum humidi cum sicco explicari, in quo posita erat integritas & permanentia corporum, etiam mortuorum, & vita functorum, quo dissoluto & finito, non poterat non corpus in puluerem abire & conuerti: quod maxime ex eo firmatur principio à nemine ignorato, videlicet, eorundem esse interitum & corruptionem, quorum antea fuerat ortus. Nam cum violenta sit dicta vnio humidi cum sicco à calore proportionato facta, & nullum violentum sit perpetuum, constabat, nec semper duraturam esse eam connexionem, nec integritatem in corporibus, vel viuentibus, vel mortuis, perennem futuram, sed lubricam & finituram: iureque proinde fuisse
- Vnde hæc integritas & incorruptio.*

*Mixta orta in-
teritum & pu-
tredinem patitū
tur.*

fuisse dictum ab Aristotele patet, mixta omnia in ra-
tione qua mixta sunt & orta, tandem debere putre-
dinem naturalem pati, & interitum sustinere. Vio-
lenta quidem esse primam unionem, ex par-
te elementorum quæ uniantur, is sciet, qui non ig-
norabit elementa à proprijs, suisque locis violenter
moueri à natura uniuersi, suam procurante conser-
uationem ex generatione singulorum mixtorum, &
duci ad connexum dictum sustinendum inuita, quā-
quam enim hæc actio, generatio nepe naturalis sit,
& secundum ordinem naturæ fiat: tamen ex parte
elementorum ipsis est contra propriam naturam, &
violenta, quo fit vt propter eandem rationem per-
petua ipsa non sit. Immo dissoluitur ipsa, redeunti-
bus elementis humido & sicco ad suum locum, de-
structo colligatore, & dictæ unionis authore, calo-
re proportionato. Desicere autem hunc scimus, vel
quia corpus insignem quampiam patitur alteratio-
nem corruptiuam, vel quod frequentissimū est cor-
ruptionem illam, quæ cum foetore est, quam putre-
dinem violentam omnes nominant, quæ fit calore
extraneo, & præter naturam agente in vno quoque
humido, hæc inimicus adeo acerrimus naturæ hu-
manæ est, vt frequentissima sit causa, ne dicam so-
la in nobis deperditionis caloris natiui, & dissolutio-
nis nexus humidi cum sicco, putredinis naturalis, &
conuersionis corporum mixtorum in puluerē: quæ
adeo breui, vel tarde fit corruptio, & contingit pu-
tredo naturalis, quanto putredo violenta magis, mi-
nusve viger, vigente enim hac breui corrupuntur
corpora, non ita seuiente ipsa plus durant integra,
quæ apprime intelligentes Philosophi priores, & hu-
mana sapientia præditi homines, vt corporibus vita
priuis

33

priuis perpetuitatem adderent, summa cura, & om-
ni studio procurarunt, putredinem hanc prohibere,
& arcere, emortua corpora aromatis, odoramētis ve
implentes, & partes internas, quæ humidæ sunt, à
dictis corporibus auferentes, vt sunt interanea, he-
par, ventriculus, pulmo, cerebrum &c. quo partibus
huiusmodi demptis, cessaret putredinis violentæ
expectato: humidæ enim partes facillimè putrescūt,
& suo contagio reliquum corpus inficiunt: aromatis
autem speciebus utebantur, vt sicca sua virtute om-
nem tollerent humiditatem è corporibus, qua subla-
ta, nullus deinde restaret putredini locus, vt enim
humida ad putrescendum hoc genere putredinis
sunt aptissima, quia alteram habent secum putredi-
nis causam, ita & sicca, contrarietatis lege, rem om-
nem à putredine liberant, & immunem reddunt.

*Ad vitandam
putredinem
Aromatis im-
plenti corpora
mortuorum.
Partes internas
auferunt.*

Hoc eodem pacto curiosa hominum sollicitudo
adinuenit artem conseruandi corpora emortua in-
tegra, & ea putredinis expertia reddendi, maxime
Regum, & Principum, quæ non solum contenta est
modo supraposito, nempe educatione partium humi-
darum extra corpus, sed & venas totius corporis, &
arterias in longum diuidendas esse præcipit, simulq.
carnosas partes totius corporis, quo eliminata exin-
de omni humiditate, nulla restet putredinis mate-
ria, vel occasio, quo artificiosius deinde humidita-
tum earum loco surrogate possit embammata, &
res, quæ sua siccandi potentia solent, & possunt cor-
pora à putredine præseruare integra & incorrupta
feruare.

*Ars conseruan-
di.*

Embammata.

Confirmant & hæc illa, quæ ab authoribus scripta
leguntur de casu viatorum ab arenarum montibus
sepulorum: scribunt enim in Lybia & Arabia de-

*De montibus
arenarum.*

ferta ventorum impetu non raro transportari arenarum montes ab vno in alium locum: quo casu, si in vijs viatores subsunt, replentur arena, pereunt ibi arena sepulti & suffocati: quorum corpora, translatis aliò arenis, adinueniuntur integra, & talia aliquo tempore durant, ab arenæ potenti siccitate assumpta omni horum corporum humiditate, & putrescendi causa ablata.

*De corpore sancti
Olegarii.*

His sic iactis fundamentis, & principijs certis, dicunt corpus hoc sancti Olegarii imputre manere & incorruptum citra causam aliquam naturalem: immo ex hac necessario debere corruptum esse, & breui: corruptum quidem, quia est corpus mixtum, id est, interuentu vnionis humidi cum sicco à calore factæ conflatum in prima sui constitutione, & propter eandem rationem debuisset necessario naturaliter putredinem naturalem sustinere & corruptionem, fuit generatum, ergo & necessario debuit interire & corrumpi, & id ipsum breui tempore pati: quia permultas habuit putrescendi violenter causas.

Sub terra humatum.

Si quidem, vt referunt historię, humatum & sub terra iacens extitit hoc corpus per annos aliquot, quod & indicant eius terga, quæ ex telluris commercio terreum acceperunt colorem, quem adhuc seruant & retinent. Humi autem cubatio paratissima est occasio ad corpora putrescenda, & quod inculcata manent in terra sepelita corpora, & quod humidiora reddantur & fiant, facillime autem & breui, ex omnium voto, ea corrumpuntur & putrescunt, quæ humida fiunt, conclusa & non ventillata manent.

Imputre, integrum, & incorruptum præter naturæ ordinem.

Cum ergo experiamur hoc corpus, non obstantibus dictis, imputre, integrum, & incorruptum conseruari in hunc vsque diem, argumento est præter naturæ

40

41

42

naturæ ordinem hoc accidisse, sed vel O. M. D. beneficio & misericordia, vel artis alicuius potentia, ne dicam fucō & impostura: huius ratione euenire nulla comprobatur & patitur coniectura, quia hoc modo integrum restaret, vel quia esset embammatis, vel varijs aromatum generibus repletum & infarctum, vel sepelitur in loco sicco, vel cum rebus siccissimis complicatum & commixtum, quorum aliquod de hoc corpore dici nequit. In primis non cū re sicca, vel in loco sicco fuisse humatum, quia, vt supra fuit dictum & probatum, in terra fuit sepelitur, & cum tellure obductū & commixtum, & per aliquot annos, etenim nisi coniecturæ ex varijs miraculis, varijs temporibus repetitæ, nos fallunt, circiter vndecim annos humatum perseueravit. Iam nec artis alicuius auxilio fuisse adiutum, & seruatū sincerum plura commonstrant. Primo, quod pateret aditus aliquis, per quam interanea & internæ partes prius fuissent extractæ, quod non adest: nam nec cranium parte aliqua diuisum videtur, nec vnquam fuit, quod oportuisset si ex eo cerebrum fuisset educatum. Thorax integer, & sine vlla sectione hætenus facta conspicitur, sine qua pulmo & cor foras extrahi nequissent. Abdomen integrum & vnum permanens argumentum efficax & certissimum restat index intestina, hepar, & ventriculum adhuc intus manere, nec foras fuisse ab aliquo extracta. Attestatur & id ipsum illud, quod aromata solum possunt eo tempore cadauera integra dare, quo ipsa viribus valent & propria pollent facultate & vigent: at dicere posse eorum vim integram seruari naturaliter per 48 r. annos, res incredibilis est, & cui refragatur quotidiana experientia: si quidem quotidie experimur

*Thorax integer
sine vlla sectione.*

*Aromata quæ
conseruati a cor-
ruptione durant
per annos vigin-
ti, aut quadra-
ginta.*

aloem, spicam, mirram, crocum, mastichen, asphaltum, & reliqua huiusmodi medicamina, quibus vtuntur ij, qui corpora infarciunt, elapsis viginti, vel quadraginta annis, inodora euadere, & rancida fieri, inutiliaque ad rem omnem, vel medicam, vel vnguentariam, & id propter dissipatam, & antiquitate deperditam virtutem, quam antea continebant. Vnde si corporis huius incorruptio penderet ex aromatum presentia, vel alterius alicuius fuci, non duraret 48 r. annos, vt durat & persistit, sed citius multo finita esset. Iam quod posset aliquis arbitrari fuisse quidem exoluta priora medicamenta, quibus primo fuit conditum corpus hoc, quorum loco potuerunt esse substituta noua, quæ corpus integrum seruant adhuc. Satisfacit huic calumniæ illud, quod nulla sit reperta scriptio, nullave hominû traditio subsit, vel ex qua possimus consequi, vel conijcere fuisse aliquo tempore corpus hoc embammatis dictis oppletum. Immo sine vlllo artis auxilio, vel interuentu à proceribus & patribus nostris tale nobis relictum fuisse corpus conijcimus, & ex eo, quia nullo modo viderint tali conditura indigere & præseruatione à corruptione, quam primum enim, qui primi ipsum è terra erexerunt, recognouerunt integrum ipsum & omnibus numeris absolutum esse, & D.O.M. in sancto suo glorificarunt, & nos tam admirandæ integritatis testes effecerunt, tale nobis relinquentes corpus, quale ipsi ex tellure acceperunt, sine vlllo fuco, vel rei alicuius iuuamine.

Auget & hanc nostram sententiam illud, quod si aliquando aromatibus fuisset commixtum, siue eo tempore quo fuit sepelitur, siue postea, restasset in corpore aliquis odor, vel insignis, vel aliquantulus, testis

*Et terra erexerunt.
Glorificauerunt
Deum in sancto
suo.*

testis presentia eorum: at talis non contingit, ne potuit assequi odor, non obstante seria diligentia & studio adhibito ad hoc vnum assequendum. Et si negare non possimus se extra aromatum, vel condimenti alicuius expiratum odorem subesse in hoc corpore iucundissimam fragrantiam & suauitatem, quæ non parum attestatur sanctitatem huius corporis. Patet ergo manifesto citra aromatum opem, citra alicuius fuci presentiam, vel artis auxilium permanere hoc corpus imputre, incorruptum, & omnis labis putredinis expertum. Vel ex quibus tandem manifestum esse dicimus corpus hoc integrum permanere, non naturæ ordine & lege, non artis alicuius iuuamine, nec causæ alicuius naturalis interuentu; sed quæ diuinius originis est: sed D. Opt. Max. misericordia, qui huic corpori hoc privilegium concedere dignatus est: vt per hanc integritatem corporis, sanctissimam vitam, & corruscantia quotidie insignia miracula, cunctis esset manifesta, ac neminem lateret sanctitas beati Ollegarij. Continet ergo hæc nostra relatio duo. Primum est, corpus sancti Ollegarij integrum & absolutum omni ex parte restare, vna dempta nasi extrema parte; & huius integritatis causam non esse naturalem, immo omnem naturæ, & eorum quæ natura constant captum excedere & superare. Miraculosam igitur & supernaturalem huius S. Ollegarij corporis integritatem iudicamus, quam & proprijs nominibus firmamus sententiam.

Gabriel Antonius Bossarius D. prædictus.

Petrus Font D. prædictus.

Hieronymus Roig D. prædictus.

Thomas Boria D. prædictus.

Antonius Coll Chirurgus prædictus.

Michael Miro Chirurgus prædictus.

Attestatio de integritate corporis S. Ollegarij.

*Sanctissima vita & insignia miracula.
Sanctitas S. Ollegarij.*

Miraculosa & supernaturalis integritas.

CAPVT SEPTIMVM.

An constet de canonizatione, aut beatificatione sancti Ollegarij.

&

An appareant signa & inditia canonizationis, aut beatificationis illius.

SVMMARIVM.

- 1 Discurrendum per historias.
- 2 Raymundus Berenguer quartus.
- 3 Petronella Princeps Aragonum.
- 4 Tarraco datur beato Ollegario.
- 5 Raymundus Berenguer tertius.
- 6 Archiepiscopus Ollegarius appellatur beatus.

Discurrendum
per historias.



Ad probandum an constet de canonizatione & beatificatione sancti Ollegarij, discurrendū est per antiquissimas historias, instrumenta, & alia authentica documenta: ex quibus nō solum apparent inditia & signa canonizationis & beatificationis: sed clare & manifeste ex his constare videtur sanctum Ollegarium fuisse canonizatum aut saltem beatificatum per Episcopos illorum temporum.

Probatur canonizatio, aut beatificatio sancti Ollegarij.

legarij in hac particulari dioecesi Barcinonensi, sequentibus rationibus, instrumentis, inditijs, & signis.

- 1 Prima ratio, ex fidelissima historia discreti Michaelis Carbonell Regij Archiuarij & Notarij Barcinonensis, qui libro primo Chronicorum Hispanie fol. 54. cap. de duodecimo & ultimo Comite Barcinon.
- 2 Raymundo Berenguer huius nominis quarto,
- 3 qui duxit in matrimonium Serenissimam Petronellam Principem vnicam Regni Aragonum, quo in capitulo refert instrumentum donationis de ciuitate Tarraconensi factæ dicto Comiti Raymundo per foelicis recordationis Bernardum Archiepiscopum Tarraconensem, Propter istius ciuitatis restorationem ad fidelitatem. Expressa verba instrumenti, in quo instrumento habentur alia expressa verba. Sicut beato Ollegario & Ecclesie sancte Teclæ donata est à venerabili patre tuo Raymundo Barcinonensi, Bisaldu-nensi, ac Prouintie Comite. Quæ donatio vltima fuit facta de mense Augusti 1151. Ex quibus verbis non minus clare quam manifestum est dictum Archiepiscopum Ollegarium iam tunc illo antiquissimo tempore ante reservationem canonizationis fuisse & esse appellatum beatum ab Archiepiscopo Tarraconensi, qui potuit etiam illum canonizare & canonizatum declarare anno 14. post eius obitum. obierat enim S. Ollegarius anno 1136. de mense Martij.

Raymundus Berenguer 4.
Petronella Princeps Aragonum;

Tarraco donatur B. Ollegario.

Raymundus Berenguer 3.

Archiepiscopus Ollegarius appellatur beatus.

§. II.

De sententia inter Tarraconensem Archiepiscopum, & Robertum de Aguilone, in qua noster Archiepiscopus Ollegarius sapissime appellatur sanctus.

S V M M A R I V M.

- 1 *Lis inter Archiepiscopum & Robertum.*
- 2 *Quinque Episcopi iudices.*
- 3 *Beati Ollegarij donatio & infeudatio.*
- 4 *Iudices.*
- 5 *Sanctus appellatur noster Ollegarius.*
- 6 *Affertio Archiepiscopi.*
- 7 *Affertio Roberti de Aquilone.*
- 8 *Sanctus Ollegarius.*
- 9 *Decreta Iudicum.*
- 10 *Scriba etiam appellat sanctum Ollegarium.*
- 11 *Notanda de Iudicibus.*
- 12 *Nomen Ollegarius.*
- 13 *De sententia.*

Lis inter Archiepiscopum & Robertum.

1 Ste Tarraconensis Archiepiscopus Bernardus successit beato Ollegario post Gregorium, de eodē anno 1151. Obtinuerat à Raymundo Berengario Comite Barcinonēsi huius nominis quarto, causam committi & terminari contra Robertum & Guillelmum de Aquilone super quæstionibus inter eos motis. Ad quas decidendas fuerunt in Iudices electi 2. quinque Episcopi, Gerundensis scilicet, Barcinonēsis, Vicensis, Elnensis, & Tortosensis, tresq. illustres milites in sententia nominati. Et quia Berengarius huius nominis tertius 10. Kal. Februarij 1117. donauerat beato Ollegario ciuitatem & terminum Tarraconensem, beatus verò Ollegarius de anno 1128. (retentis sibi decimis, & alijs quibusdam iuribus) dedit in feudum eadē ciuitatem & terminum Roberto de Aguilo nobilissimo & fortissimo viro, de armis.

Quinque Episcopi Iudices.

B. Ollegarij donatio, & infeudatio.

armis & fortuna benemerito, vt nomine Principis exterminaret à dicta ciuitate & termino Mauros ibi degentes.

4 Isti Iudices in sententia, cum sæpe verba facerēt de instrumento, siue carta infeudationis in fauorem dicti Roberti à nostro sancto Archiepiscopo Olleguer factæ, semper illum appellant sanctum & beatum.

5 In hac sententia sæpe referuntur assertiones Archiepiscopi, aliquando assertiones Roberti, & semper Iudicum decreta, & Notarij ea scribentis, assertentium nostrum Archiepiscopum Ollegarium esse sanctum.

6 In primis refert hæc sententia verba sequētia Archiepiscopi, sub num. 2. *Archiepiscopus verò dicebat hoc non esse credendum, quoniam sanctus Ollegarius retinuerat sibi, sicut in carta eius testatur, omnes Ecclesias & possessiones earum.* Sub num. 4. & 5. sic loquitur. *Iterum conquestus est Archiepiscopus de Guillelmo de Aquilone, qui in villa Constantini, quam ad dominicaturam suam retinuit sanctus Ollegarius, suum proprium bouarium, & multos alios verberauit & vulnerauit, & quandam partem illius villæ emparauit.* Sub num. autem 6. hæc leguntur verba. *Iterum conquestus est Archiepiscopus de Guillelmo de Aquilone, qui cōtra cartam sancti Ollegarij, qui sibi omnes res Ecclesiasticas retinuit, auferebat honorem Ecclesiæ Vicensis, & de Centelles, & aliarum Ecclesiarum.*

Costat igitur ex his, quod dictus Archiepiscopus Bernardus quoties sibi conueniebat nominare nostrum Ollegarium, eum sine hæsitatione sanctum appellabat: qui poterat eum canonizare, & canonizasse.

Affertio Roberti de Aquilone.

Post Archiepiscopum Robertus quocue nostrum Archiepiscopum Ollegarium sanctum appellat, sub num. 1. *Conquestus est Robertus de Archiepiscopo, quia 7 expulerat monachos de Ecclesia sancti Fructuosi, quam sanctus Ollegarius concesserat Roberto, ut eam daret Ecclesie sancti Martini de Saixs.*

Sanctus Ollegarius.

Partibus auditis, Iudices quoque quotiescunque 8 de nostro Archiepiscopo Ollegario verba faciunt, eum sanctum appellant, ut refert sententia sub nu.

Decreta Iudicium.

3. *Et si Robertus hoc probare non poterit, remaneat Ecclesia & omnes eius possessiones in potestate Archiepiscopi, propter cartam sancti Ollegarij.* Sub nu. 4. sic legitur. 9 *Iudicatum est, quia si Guillelmus probauerit hanc confessionem factam esse per testes, firma sit, & si non, irrita sit, secundum cartam sancti Ollegarij.* Sub nu. 7. dicunt Iudices. *Nihilominus etiam iudicatum est & de Ecclesijs & de possessionibus earum secundum cartam sancti Oldegarij.* Ultimo sub num. 8. Iudices sic loquuntur. *Saluo tamen iure Guillelmi de Aquilone & Roberti de ciuitate Tarracone & eius territorio, secundum tenorem scripturæ inter beatum Oldegarium & Robertum factæ.*

Scribz etiã appellat sanctum Ollegarium.

Fidelissimus etiam Scriba, siue sit alter ex Iudicibus, siue Notarius in arte peritus, est etiam testis omni exceptione maior, cui fides deesse non potest, toto sententiæ tenore nostrum Archiepiscopum Ollegarium sanctum appellat, scribit, & notat, tanquam publica persona, qui hoc scire non est dubitandum, saltem tanquam publicum & notorium.

Notanda de Iudicibus.

Circa personas Iudicum notandũ est, quod quinque 11 Episcopi, (inter quos erat Episcopus Barcinonensis, qui poterat canonizare, aut canonizasse nostrum Archiepiscopum Ollegarium) nõ sic affectiue vocarent

vocarent sanctum, si ignorassent, aut dubitassent de canonizatione sancti Ollegarij. Clarum igitur & notorium est eum fuisse canonizatum, & pro canonizato habitum esse, tẽtum, & reputatum. Maxime afferente hoc Archiepiscopo, & cæteris Iudicibus, viris claro sanguine natis, qui id testantur tanquam Iudices Curiaẽ præclarissimi Comitis.

Nomen Ollegarij.

12 Neque quis miretur, quod aliquando vocitetur Ollegarius, aliquando vero Oldegarius, vel Auleguerius, variato nomine in aliquibus litteris: quia sic scribitur & appellatur ab antiquis vnus & idem Ollegarius.

De sententiã.

13 De sententiã & eius scripturã dubitari nõ potest, cum reperta sit in Archiuo Regio Barcinonensi, in libro magno pergameneis folijs exarata, antiquissimis litteris scripta, de qua fidem facit Scriba Regius Archiuarius successor in officio.

§. III.

De lampadibus, & cereis sancti Ollegarij.

Secunda ratio, quia in sancti Ollegarij sepulchro inueniantur plures lampades & cereos relictos a pluribus deuotis, iam ab illo antiquissimo tempore, videlicet de annis 1153. 1156. in magnum indiriũ suæ gloriæ, sanctitatis, canonizationis, aut beatificationis.

§. IIII.

Antiquissima Ecclesie traditio de usu luminum, lampadarum, & cereorum in honorem Dei, & Sanctorum.

SYMMARIVM.

- 1 Bellarmini sententia.
- 2 Lampades ad cultum diuinum.
- 3 Lampas ignis.
- 4 Lampades.
- 5 Lampades.
- 6 Lampades ignis, atque flammarum.
- 7 Lampas.
- 8 Aspectu lampadarum.
- 9 Lampas ardens.
- 10 Lampades in honorem Dei & Sanctorum.
- 11 Lucerna.
- 12 Candelabrum cum septem lucernis.
- 13 Candelabrum.
- 14 Lampades eius septem lucernæ.
- 15 Septem candelabra & septem lampades ardentes.
- 16 Lampades copiosæ.

Antiquissimam traditionem & usum luminum lampadarum & cereorum, quibus utitur Ecclesia in honorem Dei & Sanctorum, probat Bellarminus tom. 2. lib. 2. cap. 3. de reliquijs sanctorum, aliquibus Sanctorum autoritatibus & rationibus. Ultra quos adduco validissimam rationem, quod lampades in signum honoris cultus diuini, gloriæ, & maiestatis in sacris litteris, non solum in nouo, sed etiã in veteri Testamento commendantur, maximè in visionibus & apparitionibus Dei & Angelorum. Genes. 15. apparens Angelus Abrahamæ sopore oppresso, præ visione dicit sacer contextus, quod cum occubisset sol, facta caligo tenebrosa, apparuit lampas ignis transiens

Bellarmini sententia;

Lampades ad cultum diuinum.

Lampas ignis;

Capitulum
septimum

siens, quo summa fuit affectus letitia, & expulsi à se terrorem & maestitiam à caligine tenebrosa inductam. In illa die pepigit Dominus fœdus cum Abraham, dicens: Semini tuo dabo terram hanc.

Quando Deus in monte concessit legem Moyssi, in signum gloriæ & maiestatis, Exod. 20. sic loquitur littera sancta. Cunctus autem populus videbat voces & lampades.

In victoria illa gloriosa, quam Deo adiuuante trecentis viris Gedeon obtinuit contra Madianitas, Amalecitas, & Orientales populos in multitudine quasi infinita, fractis lagenis, apparuerunt lampades trecenti in singulorum manibus, quarum luminibus & maiestate territi, ceciderunt omnes aduersarij, suisque gladijs perierunt, Gedeon verò & vniuersus populus Hebræorum de victoria læti laudauerunt Deum. lib. Iudic. cap. 7.

Job cap. 41. in suis visionibus & reuelationibus dicit de Deo, quod de ore eius lampades procedunt.

De quo dicit etiam Salomon Cantici. 8. Lampades eius lampades ignis, atque flammarum.

Esaias autem cap. 62. de Christo dicit. Saluator eius ut lampas accendatur.

De admirabili visione Ezechielis cap. 1. illorum quatuor animalium, dicitur quod erat quasi aspectus lampadarum.

Daniel 10. apparuit præclarissimus vir, cuius oculi erant ut lampas ardens.

Quod autem in honorem Dei & Sanctorum apponantur in templis lampades, lucernæ, & candelabra, vtrumque Testamentum demonstrat.

1. Reg. cap. 3. dicitur, quod Samuel ministrabat coram Heli sacerdote, cuius oculi præ senectute caligau-

Lampades.

Lampades;

Lampades ignis, atque flammarum.
Lampas.

Aspectu lampadarum.

Lampas ardens;

Lampades in honorem Dei & Sanctorum.

Lucerna. ligauerant, & non poterat videre lucernam Dei antequam extingueretur. Erat igitur in templo Dei lucerna lucens in honorem Dei. 11

Candelabrum cum septem lucernis. Patet etiam Exod. 25. & Num. 7. mandasse Deum apponi in templo maximum candelabrum aureum cum septem lucernis, siue lampadibus die, ac nocte ardentibus, cuius splendore & luminibus totum Sancta Sanctorum splendebat. 12

Lampas eius septem lucerna. De quo Zacharias cap. 4. dicit. *Vidi & ecce candelabrum aureum, & lampas eius super caput ipsius, & septem lucerna eius super illud.* 14

Septem candelabra & septem lampades ardetes. Septem candelabra, & septem lampades ardetes ante thronum Dei legimus in Apoc. cap. 4. 15

Lampades copiosae. Act. 20. legitur, quod praedicante Paulo aderat lampades copiosae. 16

In Euangelio Matthaei cap. 25. multa leguntur de oleo, & lampadibus.

Confirmatur de iure usus lampadarum, luminum, & cereorum.

S V M M A R I V M.

- 1 Qui vult aedificare Ecclesiam provideat luminaria.
- 2 Luminaria ad cultus diuini gloriam.
- 3 Lucerna.
- 4 Non taxetur numerus luminum, cereorum, & lampadarum.
- 5 Laudantur lampades, & lanternae.
- 6 Doctores sunt lampades luminosae, ardentisque lucerne.

In

- 1 **I**n iure canonico prohibitum est, *Ne aedificetur Ecclesia, neque crux figatur, nec atrium designetur, aut praefiniatur ab Episcopo, quin prius ille qui aedificare vult provideat quae ad luminaria, & ad custodiam, & ad stipendia custodum sufficiunt, & ostensa donatione sic domum aedificet*, cap. nemo, de consecrat. dist. 1. aduertendum est, quod inter ea, quae ius canonicum habuit in maiori consideratione, antequam aedificetur Ecclesia, vt prius de luminarijs, quam de custodibus, & de eorum stipendijs curam habeat 2 Episcopus: quia luminaria ad cultus diuini gloriam potius pertinent, quam dos Ecclesiae, & custodum. In coelesti enim & lucidissima gloria nullae sunt tenebrae, sed omnia in luce clarescunt: quia *Lucerna eius est agnus*, Apocal. 21. Propterea in hac militanti Ecclesia adsint luminaria copiosa, neque praefigatur ibi numerus luminum, quia textus in numero plurali loquitur de luminarijs Ecclesiae, maxime quia Gregorius nonus reprehendit Praelatos, qui impediunt & molestant religiosos, taxando eis numerum cereorum, lampadarum, ornamentorum, & aliarum rerum, cap. nimis iniqua, de excess. Praelat. Sic etiam diffinitum est in cap. placuit 1. qu. 2. sub his verbis. *Nam non leuis est culpa ista temeritas, si sine luminarijs, vel sine substantiali sustentatione eorum, qui in Ecclesia seruituri sunt, tanquam domus priuata consecratur Ecclesiae.* Eisdem fere verbis usus est Imperator Iustinianus in auth. vt nullus fabricet, collatio. 5. §. Sancimus ad luminaria, & ad sacrum ministerium ad incurrendae domus custodiam, & obseruantium alimenta, & si sufficienter habere videntur, faciat prius donatione eorum, quae futura sunt deputari, & ita domus aedificetur.

Qui vult aedificare Ecclesiam provideat luminaria.

Luminaria ad cultus diuini gloriam.

Lucernae.

Nō taxetur numerus luminum, cereorum, & lampadarum.

Laudan-

Laudantur lâ-
pades, & later-
nas.

Laudantur etiam lampades, laternæ, candelabra, & lucernæ. de officio custodis cap. 1. *Lampades & laternas in accedendo, seu in extinguendo peruigil existat custos Ecclesie, ne aut supra modum lucendo oleum depereat, aut minus lucendo obscurior sit Ecclesia.*

Doctores sunt lâ-
pades lumino-
sas, ardentesque
lucernas.

Item cap. gloriosus, de reliq. & veneratio. sanctor. lib. 6. legitur. *Per ipsos præterea* (loquitur de quatuor doctoribus Ecclesie scilicet de Ambrosio, Augustino, Hieronymo, & Gregorio) *quasi luminosas, ardentesque lucernas super candelabrum in domo Dei postas.*

S. VI.

Ecclesia Barcinonensis magna luminaria.

S V M M A R I V M.

- 1 *Ecclesia Barcinonensis multiplicat luminaria præ cæteris Ecclesijs.*
- 2 *In solemnitatibus magna luminaria.*
- 3 *Sanctissimi Sacramenti.*
- 4 *Virginis Mariæ.*
- 5 *Natalis Domini.*
- 6 *Sanctæ Eulaliæ.*
- 7 *Capella sancti Ollegarij luminosa.*

Ecclesia Barcinonensis multiplicat luminaria præ cæteris Ecclesijs.

In solemnitatibus magna luminaria. Sanctissimi Sacramenti.

Quid mirum, si hæc nostra Ecclesia Barcinonensis, insequendo religiosissimum morem omnium Ecclesiarum Hispaniæ, à Romana Ecclesia edocta, tot multiplicauerit lampadum, cereorum, lucernarum, ac facium luminaria, præ cæteris omnibus Ecclesijs, in honorem Dei & Sanctorum. Præsertim in solemnitatibus sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti, toto tempore dierum Cœnæ Domini, & Veneris sancti,

sancti, dum in monumento & sepulchro asseruatur & veneratur.

Item in proprio die suæ celebritatis, & per octauam.

4 Item in honorem Deiparæ semper Virginis Mariæ, omnibus sabbatis per annum, quoties de ea celebratur, & reliquis eius festiuis diebus.

Virginis Mariæ.

5 Item in die Natalis Domini, & in festiuitatibus virginis & martyris Eulaliæ huius ciuitatis patronæ, & in pluribus alijs celebritatibus.

*Natalis Domini.
Sanctæ Eulaliæ.*

7 Nullus igitur miretur, si in sacello sancti Ollegarij, iam ab immemoriali tempore, à quadringentis septuaginta annis & ultra, innumeris donarijs & pijs fidelium suffragijs illustrauerint diui Ollegarij sepulchrum tot cereis & lapidibus coram eo ardentibus, quæ sunt signa & indicia suæ gloriæ, sanctitatis, canonizationis, & beatificationis.

*Capella sancti
Ollegarij luminosa.*

S. VII.

Translatio corporis sancti Ollegarij post eleuationem.

S V M M A R I V M.

- 1 *In translatione corporis sancti Ollegarij tres Reges.*
- 2 *Sepulchrum marmoreum.*
- 3 *Figura S. Ollegarij cum corona deaurata.*
- 4 *Processio translationis post eleuationem corporis sancti Ollegarij.*
- 5 *Ara altaris.*
- 6 *Translatio probatur de iure quomodo sit facienda.*
- 7 *Quid intelligatur nomine Principis.*
- 8 *Qua auctoritate facta sit translatio.*

In translatione
corporis sancti
Ollegarij tres Re-
ges.

Sepulchri marmoreum.

Figura S. Ollegarij cum corona deaurata.

Processio translationis post elevationem corporis sancti Ollegarij.

Ara altaris.

Translatio probatur de iure quomodo sistenda.

Tertia ratio, quia corpus facti Ollegarij post eius elevationem fuit solemniter translatum, ut infra dicetur, ad instantiam Serenissimi Regis Petri Tertij, Ioannis, & Martini eius filiorum in Regno Aragonum, & Cathalonie Principatu successorum. Cui Capitulum Barcinonen. sumptuosissimum, ac valde pretiosum sepulchrum marmoreum mirifice elaboratum, ac perpolitum construxit: in cuius summitate est sculpta sancti Ollegarij figura, cum diademate, siue corona deaurata, cum baculo & mitra de Pontificali induti: & ad valde humiles preces cleri & populi, instante magna deuotione dictorum Principum fuit per Episcopum & Capitulum Barcinonense eius corpus processionaliter delatum ab eius antiquo sepulchro, in quo fuit a terra eleuatum tempore sue beatificationis, post antiqua eius miracula a claustris parvicos & plateas, ad nouum & superexcelsum sepulchrum intus Cathedralem in capella eius nomini dicata & constructa, ut a notorio constat, & affirmant omnes de eo scribentes, praesertim Scriba maior Concilij & domus ciuitatis Barcinonensis de anno 1380. die 5. Nouembris super idem altare translatum, constitutum, & eleuatum. Quae translatio in modum praedictum est ipso iure fieri prohibita, nisi auctoritate Romani Pontificis, aut nisi esset sanctus aut beatus, cap. certum est, cap. placuit, cap. corpora, de consecra. dist. 1. cap. si quis 17. q. 3. Thomas Vualdensis cap. 128. de sanctis canonizandis. Ex qua ratione euidenter colligitur, aut quod ipsa translatio fuit facta auctoritate Romani Pontificis: maxime attentis litteris & diligentibus infra cap. 10. enarratis, non solum de consilio, sed etiam ad maximam petitionem & instantiam Serenissimi Petri Secundi Aragonum

Aragonum Regis centum annis antea factis. Concordant haec cum his, quae supra scripsimus citando cap. corpora, de consecra. dist. 1. in quo est diffinitum, quod non fiat translatio corporis sancti, nisi cum consilio Principis, vel Episcoporum, sanctaeque Synodi licentia. In verbo Principis, nota, quod ibi glossa exponit Principis. i. Papae. & cap. diffiniuit 17. qu. 4. per Principem intelligitur Episcopus. cap. Ecclesia 35. dist. aut Iudex Ecclesiasticus, aut principalis persona. cap. denique 96. dist. & glo. marginalis in c. corpora, per Principem intelligitur Rex, & Imperator, citat Vgonem. De iure autem praesumitur, quod fuit facta translatio vigore specialis canonizationis antiquissimae. Si facta fuit auctoritate Romani Pontificis, ipsa aequiparatur beatificationi. Si facta fuit vigore canonizationis antiquissimae Episcoporum, habemus intentum, videlicet nostrum sanctum Ollegarium esse canonizatum ab aliquo Episcopo de tempore quo non erat prohibitum Episcopis sanctos canonizare.

Quid intelligatur nomine Principis.

Qua auctoritate facta sit translatio.

S. VIII.

De cereis & luminarijs capellae sancti Ollegarij.

S V M M A R I V M.

- 1 Cerei ante capellam sancti Ollegarij.
- 2 Qui sunt Sacristae.
- 3 Thesaurus Sacristiae.
- 4 Lampades oleo lucentes.
- 5 Cereorum luminaria.
- 6 Faces & candelas.
- 7 Laudes cereorum.
- 8 Columna Hebraeorum.

- 9 *Benedictio candelarum & cereorum.*
- 10 *In infantium baptismate cereus accensus.*
- 11 *Cereos accensos in capella sancti Ollegarij, & sancte Eulaliae.*

Quarta ratio, quia ab illo immemoriali & antiquissimo tempore solent Sacristae minores tanquam officiales Episcopi & Capituli singulis diebus cum accenduntur cerei in altari maiori, dum celebrantur matutinæ accendere & ardere facere vnum cereum, & certis diebus festiuis, duos etiam in Vesperis ante sepulchrum corporis sancti Ollegarij in eius capella, sicut & ante sepulchrum capellae sancte Eulaliae, in signum euidentissimum suae sanctitatis, canonizationis, & beatificationis antiquissimae.

Cerei ante capellam sancti Ollegarij.

Qui sunt Sacristae.

Thesaurus Sacristiae.

Appellamus Sacristas minores, ad distinctionem duorum Canonicorum, qui dicuntur Sacristae maiores, quorum mandatis parent: aliter enim isti minores sunt presbyteri beneficiati valde honorabiles, quibus creditur incomparabilis thesaurus crucum, reliquiarum, imaginum, & sanctorum figurarum, vasorum, gemmarum, & iocalium ex auro & argento confectorum, & ornamentorum inestimabilis valoris. Isti Sacristae tenentur ardere facere singulis praedictis diebus cereos praedictos ante sepulchrum & capellam nostri sancti Ollegarij.

Lampades oleo lucentes. Cereorum luminaria.

Faces & Candelae.

Rationibus & autoritatibus, quibus secundam rationem confirmauimus, confirmatur haec ratio: qua constat ultra lampades oleo lucentes, illustrari lumine cereorum singulis diebus capellam, sepulchrum, & altare sancti Ollegarij, iuxta antiquissimum morem & consuetudinem Ecclesiae, praeter alios cereos, faces, & candelas, quibus deuoti colunt

& ve-

& venerantur eius sanctum integrum corpus, in recognitionem beneficiorum & miraculorum a Deo per intercessionem nostri sancti Ollegarij obtentorum.

7 De laudibus cereorum, qui in honorem Dei & Sanctorum in Ecclesia Dei accenduntur, ad sunt praecognita cerei Paschalis ab Ecclesia singulis annis celebrata, eumque Ecclesia comparat lucidissimae columnae, quae Hebraeos comitabatur quadraginta annis in deserto, de operibus apum constructum: alitur enim cereus igne clarissimo accensus cereo liquore, quem apes mater eduxit.

Laudes cereorum.

Columna Hebraeorum.

9 Cereos & candelas benedicit Ecclesia ad comitandum processionem in die sanctissimae Purificationis Mariae, ad significandam celeberrimam illam processionem, qua Simeon iustus cereis accensis recepit puerum Iesum, quem in vlnas suas accepit e manibus Virginis eius matris Mariae, in templo praesentatum, Dominoque oblatum.

Benedictio candelarum et cereorum.

10 In infantium baptismate traditur in manibus baptizati cereus accensus, his, aut similibus verbis. *Accipe cereum, siue lampadem ardentem, ut in die iudicij possis Ch. isto domino, & sponsae occurrere in aula caelestium cum quinque prudentibus virginibus.*

In infantium baptismate cereus accensus.

11 Non est igitur mirum si Ecclesia Barcinonensis singulis diebus cereos accendat in honorem Dei & sancti Ollegarij, in capella in qua requiescit integrum eius corpus, non minus religiose & deuote, quam in capella in qua requiescit sacrum corpus beatae Eulaliae virginis & martyris, huius ciuitatis patronae.

Cereos accensos in capella sancti Ollegarij, & sancte Eulaliae.

S. VIII.

De thurificationibus, siue incensationibus, quæ fiunt in capella sancti Ollegarij in honorem suarum reliquiarum, & sui integri & incorrupti corporis.

S V M M A R I V M.

- 1 Incensatur corpus B. Ollegarij
- 2 Sancti Seueri.
- 3 Sanctæ Eulaliæ.
- 4 Thurificationes tribus corporibus sanctorum.
- 5 S. Ollegari ora pro nobis.
- 6 Veneratur S. Ollegarius.
- 7 Inditium suæ canonizationis

Incensatur corpus B. Ollegarij.

Quinta ratio, quia quoties hebdomadarij Cathedralis celebrant officium cum pluuiialibus, solent primo sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ, & statim tria corpora sancta thuribus incensare & adolere: videlicet corpus sancti Seueri Episcopi & martyris Barcinonensis, in altari maiori existens: secundo corpus beatæ Eulaliæ, in sua propria capella infra altare maius constructa: tertio corpus beati Ollegarij, in suo sumptuosissimo sepulchro existens in eius capella.

Thurificationis tribus corporibus sanctorum.

In altari maiori, in quo requiescit corpus sancti Seueri, ducendo & eleuando thuribulum incensi odore fumigans, dicunt: *Sancte Seueri ora pro nobis.* In capella sanctæ Eulaliæ: *Sancta Eulalia ora pro nobis.* In capella sancti Ollegarij, quia adest fundatum beneficium sub inuocatione sancti Augustini, dicunt: *Sancte*

Sancte Augustine ora pro nobis. Iterum ducendo & eleuando thuribulum eodem odore incensi fumigans, dicunt: *Sancte Ollegari ora pro nobis.* Tertio dicunt: *Omnes Sancti & Sanctæ Dei intercedite pro nobis.*

S. Ollegari ora pro nobis.

Ex hac ratione, & ex dictis concludo, quod in hac Ecclesia eodem modo & eadem ratione thurificamus & incensum offerimus nostro sancto Ollegario, sicut sanctis Seuero & Eulaliæ, (quos veneramus tanquam sanctos canonizatos ante annos mille) honoramus & veneramus sanctum Ollegarium tanquam sanctum antiqua canonizatione Episcopali canonizatum, de tempore Episcopis licito ad canonizandum sanctos.

Veneratur S. Ollegarius.

Magnum igitur inditium est suæ sanctitatis, canonizationis, & beatificationis: maxime consideratis verbis quæ proferuntur in thurificatione, inuocando illum sub prædictis verbis: *Sancte Ollegari ora pro nobis.*

Inditium suæ canonizationis.

S. X.

Adolere incensum est signum sanctitatis & venerationis.

S V M M A R I V M.

- 1 Ex D. Thoma 2. 2. q. 101. art. 1. 2. & 3.
- 2 Authoritates ex veteri Testamento.
- 3 Altare incensorum.
- 4 Incensum suaue flagrans.
- 5 Incensum.
- 6 Plena incensi.
- 7 Adolere incensum.
- 8 Incensum.

Autho

- 9 *Authoritates ex nouo Testamento.*
- 10 *Ex D. Thom. 2.2. quest. 102. art. 4. ad 6.*
- 11 *Incesum ponere.*
- 12 *Hora incensf.*
- 13 *Altaris incensf.*
- 14 *Thuribulum.*
- 15 *Incesa multa.*
- 16 *Fumus incensorum.*
- 17 *Thuribulum aureum.*
- 18 *Probat de iure, quod adolere incensum est signum sanctitatis.*
- 19 *Monialibus prohibitum adolere incensum.*
- 20 *De duobus filijs Aaron exemplum.*
- 21 *Preceptum de thurificatione.*

Quod autem adolere incensum, siue thurificatio, & incensio oblato facta a sacerdote in honorem Dei & sanctorum sit signum sanctitatis, probat Belarminus tomo 2. cap. 13. Pluribus rationibus probatur etiam thurificationem & oblationem incensi in templo & in Ecclesia Dei esse signum sanctitatis, & venerationis, & cultus diuini augmentum: quia postquam Machabæi expulerunt Gentiles a sancta ciuitate Hierusalem, & ab eius templo, dicit sacer contextus, quod fecerunt vasa sancta noua, & intulerunt candelabrum, & altare incensorum, & mensam, & incensum posuerunt super altare.

Exod. 30. mandauit Dominus fieri altare aureum quadratum, vt adoleret super eo Aaron incensum suauis fragrans.

Idem legitur Leuit. 4. & 10. Accepit thuribulis filij Aaron imposuerunt ignem & incensum de super offerentes coram Domino.

Nume-

Ex D. Thoma
2.2. q. 101 art.
1.2. & 3.

Authoritates ex
veteri Testamēto.

Altare incensio-
rum.

Incesum sua-
ue fragrans.

Incesum.

Numeror. 7. legitur, quod in dedicatione altaris Principes Israel & capita familiarum, obtulerunt sacrificia multa, & mortariola plura plena incensi Domino oblata.

Primo Regum 2. dicit Dominus de sacerdote Heli: *Elegi eum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem, vt ascenderet ad altare meum, & adoleret incensum. & portaret Ephod coram me.*

Lamentabatur Daniel de ruina, & destructione Ierusalem cap. 3. *Non est in tempore hoc Princeps, & Dux, & Propheta, neque holocaustum, neque sacrificium, neque oblatio, neque incensum, neque locus primitiarum sicut antea.*

Ex nouo Testamento comprobantur prædicta, & clarius demonstrantur incensationes & thurificationes esse signum sanctitatis.

Luce 1. *Factum est autem cum sacerdotio fungeretur in ordine vicis sue ante Deum secundum consuetudinem sacerdotij, exijt (Zacharias) vt incensum poneret ingressus in templum Domini, & omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi: apparuit autem illi Angelus Domini stans a dextris altaris incensi.*

Comprobatur etiam Apocalyp. 8. vbi reuelante hoc Ioanne, dicit: *Et alius Angelus venit, & stetit ante altare, habens thuribulum aureum, & data sunt illi incensa multa. Et infra: Et ascendit fumus incensorum de manu Angeli coram Deo, & accepit Angelus thuribulum aureum.*

Dictum est autem supra, quod adolere incensum, incensatio, thurificatio, & incensi oblatio facta a sacerdote in honorem Dei & sanctorum, est signum sanctitatis: quia de iure canonico 23. dist. cap. sacras. est

prohibitum sanctimonialibus, non solum adolere incensum.

KK j

incen

Plena incensf.

Adolere incensum.

Incesum.

Authoritates
ex nouo Testamento.

Ex D. Thom.
2.2. quest. 102
art. 4. ad 6.

Incesum ponere.

Hora incensf.

Altaris incensf.

Thuribulum.
Incesa multa.
Fumus incensorum.

Thuribulum aureum.

Probat de iure, quod adolere incensum est signum sanctitatis.

Monialibus prohibitum adolere incensum.

incensum, thurificare, & incensum Deo offerre ad altare: sed etiam deferre incensum circa altaria, vt sacerdos offerat. Consequens igitur est, quod ad sacerdotem pertinet offerre incensum Domino & sanctis: talis igitur actio thurificandi est signum sanctitatis.

*Deduobus filijs
Aaron exēpti,*

Duos filios Aaron deuorauit ignis, quia eis præceptū non erat vt offerrent incensum, maxime quia in igne alieno voluerunt incensum offerre.

*Præceptum de
thurificatione*

Leuit. 10. relatū in cap. denique 7. quæst. 1. *Thuribula quoque ipsa in quibus incensum illicitè fuerat oblatum. Et infra: Memoriale scti filijs Israel vt non accedat quisquam alienigena, qui non sit de semine Aaron imponere incensum ante Dominum.*

§. XI.

*Sanctus Ollegarius inuocatur in Litanijs Ecclesiæ
Barcinonensis.*

S V M M A R I V M.

- 1 *Sancti inuocantur in publicis Ecclesiæ precibus.*
- 2 *Bellarminus.*
- 3 *Conclusio in honorem beati Ollegarij.*

Sexta ratio, quia in Litanijs antiquissimis manuscriptis dictæ Ecclesiæ Barcinonensis, & in Litanijs contentis in Processionario typis autoritate Episcopi & Capituli excusso, inter sanctos inuocatur sub his verbis. *Sancte Ollegari ora pro nobis.*

Inter plures honores, quos Ecclesia concedit Sanctis, (iuxta doctrinam Bellarmini tom. 2. lib. 1. c. 7. de reliq. Sancti inuocantur in publicis precibus Ecclesiæ.

*Sancti inuocantur
in publicis
Ecclesiæ precibus*

- 2 *clesiæ. Idem Bellarminus cap. 19. ibi citat varia Concilia, in quibus indicuntur Litanie ad inuocandum Deum, & Sanctos, maxime in septima Synodo generali actione 6. cuius hæc sunt verba: Cum timore omnia agamus, postulantes intercessionem incontaminatæ Deiparæ, item sanctorum Angelorum, omniumque Sanctorum) est iste præcipuus honor, quod Sanctorum memoriam sæpius renouemus, quos per anni circulum veneramur, præsertim eos in Litanijs inuocando, vt legitur in Clement. vnica, de reliq. S. licet igitur. In Litanijs Deum & Sanctos inuocamus, vt ibi refert glos. in verbo Orationes. Ad Christum enim non dicit Ecclesia ora pro nobis, sed audi nos, vel miserere nobis. Ad sanctum dicit ora pro nobis.*

Bellarminus

- 3 *Iste igitur honor, quæ hæc Ecclesia Barcinonensis ab immemoriali tempore tribuit beato Ollegario, designat eum esse sanctum canonizatum ab Episcopis de tempore illis non prohibito ad canonizandum sanctos.*

Conclusio in honorem beati Ollegarij

§. XII.

Noster Archiepiscopus Ollegarius appellatur sanctus in libris infrascriptis.

S V M M A R I V M.

- 1 *In Breuiario.*
- 2 *In Martyrologio.*
- 3 *In Consuetis.*

- 1 **I**N Breuiario manuscripto magno & antiquissimo ex membranis & pergameneo confecto, inuenitur scriptum inter alios sanctos in Calendario men-

In Breuiario

sis Martij sub die 6. sub his verbis. *Sancti Ollegarij Episcopi, anno Domini 1136. fol. 13. pag. 2. in Bibliotheca dictæ Cathedralis recondito.*

In Martyrologio.

In alio antiquissimo libro in membranis scripto, 2
quod Martyrologium Ecclesiæ Barcinonen. appellatur, sub die 2. nonas Martij, quæ est 6. Martij, legitur in margine. *Beati Ollegarij Episcopi Barcinon. anno Domini 1136. in eadem Bibliotheca.*

In Consuetis.

Item in alio magno libro, dicto *Consuetis diuinorum officiorum* antiquissimo ex pergameneo manuscripto, in mense Martij habentur hæc verba. *Eodē die obiit beatus Ollegarius Episcopus Barcinonen. & Archiepiscopus Tarraconen. anno Domini 1136. in choro Cathedralis recondito.*

Euidenter igitur constat nostrum Archiepiscopū Ollegarium ab immemoriali tempore fuisse appellatum beatum, in signum suæ Episcopalis canonizationis.

§. XIII.

Archiepiscopus Ollegarius quandoque appellatur sanctus, quandoque beatus in sequentibus instrumentis.

S V M M A R I V M.

- 1 Bernardus Berengarius.
- 2 Legatum in honorem sanctæ Eulaliæ, & sancti Ollegarij.

SEPTIMA ratio, quia in libris antiquitatum reconditis in Archivio Cathedralis Barcinonenfis continentur plura instrumenta, in quibus noster Archiepiscopus Ollegarius quandoque appellatur sanctus, quan-

quandoque beatus. Sit primum instrumentum ex libro quarto antiquitatum fol. 89. 4. Kal. Nouembr. anno duodecimo Ludouici Iunioris, qui est annus 1148. est testamentum Bernardi Berengarij, qui reliquit infra scriptum legatum sub his verbis. *Dimitto sanctæ Eulaliæ sciphum meum maiorem argenteū pro calice, & meum meliorem anulum, unde calix qui dictus est de auretur, & lapis in cruce sancti Ollegarij, quæ restauranda est configatur, & meum meliorem tapetum.* In quo legato nostrum Archiepiscopum Ollegarium vocat sanctum anno duodecimo post eius obitum.

Bernardus Berengarius. Legatum in honorem sanctæ Eulaliæ, & sancti Ollegarij.

§. XIII.

In infra scriptis instrumentis appellatur etiam sanctus & beatus Ollegarius.

S V M M A R I V M.

- 1 In hac sententia appellatur sanctus & beatus.
- 2 Tres petiolas terræ beato Ollegario.
- 3 Mansus de Ramoneto.
- 4 Ermengaudus de Ramoneto.
- 5 Petrus de sancto Minato.
- 6 Ad illuminandas lampades.
- 7 Arnaldus de Vinealibus.

ITEM aliud instrumentum ex Archivio Regio sub num. 134. in armario 5. Tarraconæ, est sententia inter Archiepiscopum Bernardum & Robertum de Aguilone, in qua actor, & reus, & etiam Indices appellant nostrum Archiepiscopum Ollegarium sanctū & beatum de anno 1151. 7. idus Augusti, de qua sententia plura diximus hoc eodem cap. 7. §. 2.

In hac sententia appellatur sanctus & beatus.

Item

Tres petiolas ter
re beato Ollega-
rio.

Item aliud instrumentum ex lib. antiqui. fol. 200. 2
Guilelmus Episcopus Barcinonensis, & conuentus Canoni-
corū, damus domino Deo & beato Ollegario tres petiolas
terræ &c. in manso de Ramoneto &c. Item damus eidem
beato Ollegario nostram medietatem de ipsa decima quā
habemus in ipso manso de Ramoneto &c. ad utilitatem &
saluamentum beati Ollegarij &c. ita ut corpus eiusdem
beati Ollegarij inde illuminetur &c. 5 idus Aprilis anno
19. regni Ludouici iunioris, qui est annus 1155. ter vo-
catus beatus Ollegarius.

Manso de Ra-
moneto.

Item aliud instrumentum ex lib. 1. antiq. fol. 199. 3
Berengarius de Petros vendo Deo Barcinonensis sedis Ec-
clesiæ illum meum mansum &c. in loco vocato Ramoneto
&c. accipio pro hac venditione de bonis sancti Ollegarij
95. morabatinos: habeat sanctus Ollegarius ad suum cor-
pus illuminandum annuatim &c. Kal. Octobris anno 19.
regni Ludouici iunioris, qui est annus 1155. In hoc in-
strumento noster Archiepiscopus Ollegarius bis ap-
pellatur sanctus.

Ermengaudus
de Ramoneto.

Item aliud instrumentum ex 1. lib. antiq. fol. 199. 4
Guillermus Episcopus Barcinonensis & conuentus Cano-
nicorum damus venerabili Ermengaudo de Ramoneto &
uxori tuæ mansum nostrum de Ramoneto &c. nostra ca-
nonica ibi dedit beato Ollegario, & nostram medietatem
quam habemus in decimo &c. sicut melius nostra canoni-
ca & sanctus Ollegarius habet, tribuatis ita portetis sex-
tarios sex boni olei &c. beato Ollegario ad illuminandas
lampades suas &c. 6. Kal. Martij anno 20. Regni Ludouici
iunioris, qui est annus 1156. semel vocatur sanctus
& bis beatus Ollegarius.

Petrus de san-
cto Minato.

Item aliud instrumentum ex 1. lib. antiq. fol. 200. 5
Ego Petrus de S. Minato &c. dono & offero domino Deo
& beato Ollegario ad illuminandas lampades suas coram

citta

- eius monumento meam quartam partem totius ipsius de-
cimi omnium rerum in manso de Ramoneto ad utilitatem
6 eiusdem beati Ollegarij ad illuminandas lampades suas Ad illuminan-
&c. 3. nonas Decembris anno 20. regni Ludouici iunioris das lampades.
qui est annus 1156. in quo instrumento bis appella-
tur beatus noster Archiepiscopus Ollegarius.
- 7 Item aliud instrumentum ex lib. 2. antiqui. fol. 23. Arnaldus de
Ego Guilelmus Barcinonensis Episcopus & Canonicorum Vinealibus;
conuentus laudamus tibi Raymundo Arnaldo de Vine-
alibus, uxoriq; tuæ Ponticæ &c. illum mansum de Vine-
alibus cum suis pertinentijs, sicut in vestra precaria, quam
beatus Ollegarius bonæ memoriæ Archiepiscopus vobis fe-
cit &c. 4. idus Aprilis anno 23. regni Ludouici, qui fuit
annus 1159. Episcopus & Capitulum appellant bea-
tum nostrum Archiepiscopum Ollegarium.

§. xv.

In hac sententia, & in sequentibus instrumentis noster
Ollegarius appellatur beatus.

S V M M A R I V M.

- 1 Cæsaraugustanus Episcopus,
 - 2 Sacramentale testamentum Berengarij de Lupricato.
 - 3 Legata beatæ Eulaliæ.
 - 4 Testamentum Berengarij de Lupricato.
 - 5 Petrus Rex Aragoniæ.
 - 6 Idem Petrus Rex.
- 1 Item aliud instrumentum ex primo libro antiqui. Cæsaraugustanus
fol. 200. est sententia. Hoc est iudicium quod dederunt Episcopus,
Petrus Cæsaraugustanus Episcopus & Berengarius
&c. super quarimonijs factis ab Episcopo Barcinonensi,
& Ca-

& Canonicis contra Berengarium de Castro Vetulo &c. Arnaldum Bernardi de predicto honore olim inquisitum fuisse à beato Ollegario & Canonicis Barcinonensibus Ecclesie, & in tantum hæc causa processit, quod per iudicium beatus Ollegarius & Canonici pratum illud de quo contēdebant &c. Ideoque sub excommunicatione beati Ollegarii diu mansit. 6. nonas Iulij anno 24. regni Ludouici Iunioris, qui est annus 1160. Episcopus Cæsaraugustanus, & alij coniudices in hac sententia ter appellabant beatum nostrum Archiepiscopum Ollegarium.

Sacramentale
testamentum
Berengarii de
Lupricato.

Item aliud instrumentum ex lib. 1. antiq. fol. 50. ²
Ultimæ voluntatis Berengarii de Lupricato defuncti &c. testamentum sacramentale &c. primum dimisit corpori beatæ Eulaliæ septem morabatinos in auro, qui essent dati in honorem de quo quædam lampada die & nocte arderet iugiter omni tempore ante corpus virginis Eulaliæ, ³
& altare sanctæ Mariæ, & prius ea esset solutum beato Ollegario ipsum quintar de oleo &c. 3. idus Iulij anno 1165. noster Archiepiscopus Ollegarius appellatur beatus in hoc instrumento.

Legata beatæ
Eulaliæ.

Testamentum
Berengarii de
Lupricato.

Item aliud instrumentum. Ego Berengarius de Lupricato &c. facio meum testamentum. est duplicatum, & continet eadem verba de Beato Archiepiscopo Ollegario. ⁴

Petrus Rex A-
ragoniæ.

Item aliud instrumentum ex lib. 4. antiq. fol. 209. ⁵
Nos Petrus Rex Aragonæ &c. Comes Barcinonæ &c. laudamus, concedimus, & confirmamus domino Deo, & sedi Barcinonensi, & vobis Petro Barcinonensi Episcopo &c. donationem quam proavus noster &c. Raymundus Comes Barcinonensis fecit eidem sedi Barcinonensi in vita beati Ollegarii tunc Archiepiscopi Tarraconensis de omni decima, omnium leudarum, & vaticorum, quas idem Comes

Comes habebat, & filius eius habuerat per eum de omnibus navibus quæ ad Barcinonam veniunt & inde exeunt aut transeunt, & donationem etiam quam præfatus Comes eidem sedi in vita dicti beati Ollegarii fecit de omni decima monetæ Barcinonæ, quæ tenebat per Episcopum Barcinonensem &c. Dat. Illerdæ 14. Kal. Aprilis anno Incarnationis 1210. Rex Aragonum in hoc instrumento appellat beatum nostrum Archiepiscopum Ollegarium.

⁶ Item aliud instrumentum ex lib. 4. antiq. fol. 209. *Idem Rex Petrus Christi nomine &c. Nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum &c. in vita beati Ollegarii &c. est duplicatum instrumentum. Dat. Barcinone 14. Kal. Maij 1213. Idem instrumentum duplicatum appellat nostrum Archiepiscopum Ollegarium beatum.*

§. XVI.

Semel & iterum ad Romanum Pontificem scribit Petrus Rex Aragonum pro canonizatione sancti Ollegarii.

S V M M A R I V M.

- 1 Epistola domini Regis ad canonizandum beatum Ollegarium.
- 2 Notatu digna ex prima epistola.
- 3 Alia epistola ad canonizandum nostrum beatum Ollegarium.
- 4 Consideranda super secunda epistola.

¹ Item aliud instrumentum ex Archiuo Regio. Sanctissimi patri ac domino &c. Rex Petrus Martino ⁴ Pontifici Epistola pro canonizando B. Ollegario. *Epistola domini Regis ad canonizanda beatum Ollegarium.* Dat. Barci.

Barcinone Kal. Martij 1280. De eadem materia scribit Rex ad Cardinales 1278.

Notatu digna
ex prima epistola.

Inter plura verba huius epistolæ notatu digna, adverte quod Rex verba faciens de nostro Archiepiscopo Ollegario ad Pontificem, dicit. *Firmiter credimus dominum nostrum Iesum Christum inter suos sanctos collocasse &c.* Et infra dicit. *Eum in celesti solio inter sanctorum agmina ordinasse &c.* Et inferius confirmat suam sententiam his verbis. *Secundum quod apparet per varia miraculorum genera testibus à publicis Notarijs iuxta iuris ordinem roborata.*

Alia epistola
ad canonizandum nostrum
beatum Ollegarium.

Item aliud instrumentum ex Archiuo Regio. Satisfissimo patri &c. idem Rex Petrus ad eundem Pontificem Martinum 4. pro obtinenda canonizatione beati Ollegarij. Dat. Xatine 17. Kal. Ianuarij 1281. Item ad Cardinales 1278.

Consideranda sunt
per secundam epistolam.

In hac secunda epistola dum Rex nostrum Archiepiscopum Ollegarium sanctorum epitetis illustrat, in hæc verba prorumpit. *Sanctum suum dignatus est immensis signorum mirificare prodigijs &c.* Et infra canonizationem petendo, scribit. *Ad sancti huius canonizationem. Vbi clare Rex noster Archiepiscopum Ollegarium sanctum appellat.*

§. XVII.

Duo beneficia fundata in capella ubi requiescit corpus beati Ollegarij.

S V M M A R I V M.

1 *Institutio beneficij in honorem beati Ollegarij.*

2 *Aliud beneficium.*

Item

1 **I**tem aliud instrumentum ex libro dotalium fol. 199. *Christi nomine &c. Ego Iacobus de sancta Eugenia Maioricensis Sacrista & Canonicus Barcinone & gritudine detentus &c. meum facio &c. testamentum &c. instituo unum presbyterum in sede Barcinone &c. volo & mando, quod si aliquo tempore contigerit edificari altare in sede Barcinone ad honorem beati Ollegarij, quod dictus presbyter perpetuo celebret in dicto altari &c. Item instituo quatuor anniuersaria perpetuo facienda in Ecclesia Barcinone, de quibus unum fiat ad honorem beati Ollegarij in die sui obitus, & si eius altare canonizaretur, conuertatur & expendatur eius anniuersarium in die festi beati Ollegarij &c. 2. idus Iulij 1283. in quo in strumento ter appellatur beatus noster Archiepiscopus Ollegarius.*

Institutio beneficij in honorem beati Ollegarij.

2 **I**tem aliud instrumentum ex libro dotalium fol. 210. *Nouerint vniuersi &c. nos manumissores &c. instituumus, & fundamus, atque dotamus unum perpetuum presbyteratum, seu beneficium sacerdotale ad altare sancti Augustini constructum in sede Barcinone, in cuius capella corpus sancti Ollegarij Episcopi requiescit. Actum die 5. mensis Augusti 1391. In quo instrumento noster Archiepiscopus Ollegarius appellatur sanctus.*

Aliud beneficium

§. XVIII.

Summarium plurium instrumentorum ex computis datis & receptis honorum capellæ sancti Ollegarij, in quibus semper appellatur sanctus.

S V M M A R I V M.

1 *In processu visitationis capellæ sancti Ollegarij sunt inserta hæc instrumenta.*

Ll ij

Ab

- 2 Ab anno 1389. usque ad annum 1531.
- 3 Pro lampadibus sancti Ollegarij.
- 4 Lampades sancti Ollegarij.
- 5 Campana ad Missam matutinalem sancti Ollegarij.
- 6 Imago sancti Ollegarij ex lapide.
- 7 Translatio sancti Ollegarij.
- 8 Henricus Coll Notarius facit fidem de his instrumentis.

In processu visitationis capellæ sancti Ollegarij sunt inserta hæc instrumenta.
Ab anno 1389 usque ad annum 1531.

SEquuntur plura instrumenta desumpta ex libris 1
computorum datarum & receptorum diuersorū
administratorum bonorum capellæ sancti Ollegarij
pro cereis, candelis, & lampadibus coram sepulchro
sancti Ollegarij ardentibus, ab anno 1389. vsque ad 2
annum 1531. in quibus instrumentis semper noster
Archiepiscopus Ollegarius appellatur sanctus.

Ad maiorem confirmationem rationum, quæ in
hoc capite septimo proponuntur ad probandam san-
ctitatem, canonizationem, & beatificationem no-
stri Archiepiscopi Ollegarij, est notandum compu-
torum instrumentū, quod est de anno 1405. ex lin-
gua vulgari Cathalana in Latinum conuersa.

Expensæ olei pro lampadibus.

Pro lampadi-
bus sancti Olle-
garij.
Lampades san-
cti Ollegarij.

Item 12. Maij emi oleum pro lampadibus sancti Olle-
garij, duos cortanos, pro solido & sex denarijs.

Item dedi monachis ad accendendas lampades sancti 4
Ollegarij pro toto anno duos solidos.

*Expensæ signorum, siue campanarum, & omnium ope-
rum, tam ligni, quam ferri.*

Item

Item 17. Iulij anni 1406. mittere feci unam postem
in libraria, & feci reparare faristolium in choro, & fe-
ci apponere retabulum sancti Onophrij circa sanctum Ol-
legarium, expendi pro his omnibus clavis, & lignis, &
pro manibus laborantium tredecim solidos.

5 Item 17. Augusti anni 1406. feci in campanili ponere
campanam, qua pulsatur ad Missam matutinalem san-
cti Ollegarij, constat inter clauos, ligna, & manus labo-
rantium, unam libram, unum solidum, & tres denarios.

Campana ad
Missam matu-
tinalem sancti
Ollegarij.

Expensæ extraordinariæ.

6 Item 5. Maij anni 1406. dedi à Nèglada imaginario
pro imagine (ex lapide confecta) sancti Ollegarij, pro-
ut fuit mandatum à Capitulo, quinquaginta florenos va-
lentes viginti & septem libras & decem solidos.

Imago sancti
Ollegarij ex lapi-
de.

Hic sunt descripti panni de auro, qui peruennerunt ratio-
ne sepulturarum ad sedem Barcinonensem in hoc
presenti biennio, ex eodem libro.

7 Item pro translatione sancti Ollegarij duos pannos, 7
unum datum à Rege viridi coloris, alterum datum à ci-
uitate nigri coloris.

Translatio san-
cti Ollegarij.

In quibus omnibus instrumentis & computorum
partitis semper noster Archiepiscopus Ollegarius
8 appellatur sanctus De quibus instrumentis fidem fa-
cit Henricus Coll Notarius & Scriba maior Capitu-
li & Ecclesiæ Barcinonensis successor in officio.

Henricus Coll
Notarius facit
fidem de his in-
strumentis.

S. XVIII.

Probatur de iure sanctum Ollegarium honorandum esse
tanquam sanctum.

SVM.

S V M M A R I V M.

- 1 Honorandus est quem Princeps honorat.
- 2 Ad Principem pertinet honores conferre.
- 3 Possumus & debemus honorare sanctum Olegarium.

*Honorandus est
quem Princeps
honorat.*

Axioma est commune ab omnibus celebratum, ^I quod ille honorandus est, quem Princeps honorat, refert Bart. in l. restituendæ, in fin. C. de aduoc. diuersi. iudic. glo. celebris in verb. æstimati. l. i. C. de domesticis protecto. lib. 12. dicens, quem Princeps honorat ab omnibus honorandus est. Probatur hinc legum decretis l. 1. de præposi. labor. lib. 12. l. 2. de crim. sacrile. C. l. 2. de albo scribendo, ff. & l. quidam, ff. de re iudicata. Cum autem Archiepiscopus Tarraconensis & Episcopus Barcinonensis, qui poterant canonizare, & canonizasse, & canonizatum declarare nostrum Archiepiscopum Olegarium, publico etiam decreto, & sententia, & instrumentis proximè relatis, honorent tanquam sanctum & beatum, ut in hoc cap. 7. dictum est. Poterant enim eo tempore Episcopi sanctos canonizare, ut etiam probatum est cap. 2. Gaudebant enim privilegio Principis ad concedendum hunc canonizationis honorem hominibus de tali honore benemeritis, sicut erat & est beatus Olegarius: quia ad Principem pertinet ² honores conferre, de consuli. collation. 4. lib. 12. C. Non debemus igitur dubitare circa hunc honorem sancto Olegario tribuendum, cum Episcopi in dicta sententia relati, & supra enumerati, & Iudices à Principe dari in sententia hoc eodem capite relata §. 2. honorent beatum Olegarium tanquam sanctum ^{canoni-}

*Ad Principem
pertinet hono-
res conferre.*

- 3 canonizatum. Nos etiam possumus & debemus similiter etiam illum honorare tanquam sanctum & beatum. In quibus supra relatis instrumentis & sententia expressè noster sanctus Olegarius pronuntiat & enuntiatur beatus. Igitur non solum Guillelmus Episcopus Barcinonensis Archiepiscopus, & cæteri Episcopi vocant sanctum & beatum dictum Archiepiscopum Olegarium, sed etiam in prædictis instrumentis appellabatur, iam non solum beatus Olegarius, sed etiam sanctus Olegarius. Enuntiatiuæ enim in antiquis probant.

*Possumus et debemus hono-
re sanctum Olegarium.*

§. xx.

Nō potuit institui altare, aut beneficium in honorem sancti Olegarii, aut edificari capella illius sine auctoritate Romani Pontificis, aut sine licentia & decreto Episcopi.

S V M M A R I V M.

- 1 Capella & altare in honorem sancti Olegarii.
- 2 Institutio beneficij in honorem beati Olegarii.
- 3 Indicum & probatio canonizationis sancti Olegarii.
- 4 Beneficium ad honorem beati Olegarii.

Octava ratio, quia ad honorem sancti Olegarii ^I fuit ædificata noua capella & altare, in qua eius corpus requiescit. Constat de dicta ædificatione capellæ per ea quæ supra diximus in tertia ratione.

*Capella & altare
sancti Olegarii.*

Nona ratio, quia Iacobus de sancta Eugenia Canonice & Sacrista Barcinonensis instituit in suo ultimo testamento 2. idus Iulij 1283. beneficium ad honorem beati Olegarii, & obligat beneficium ²

*Institutio benefici-
cij in honorem
beati Olegarii.*

illius

illius ad celebrandum, sub his verbis. *Si aliquo tempore contigerit edificari altare in sede Barcinone ad honorem beati Ollegarij, quod celebret perpetuo in dicto altari eius beneficiatus.* Et est fundatum dictum beneficium in dicta capella nonaginta septem annis postea in eius honorem edificata, ubi requiescit corpus sancti Ollegarij, & eius dotalia inscribitur institutio beneficij primi sancti Augustini, & sancti Ollegarij.

Illud etiam est de iure exploratum, quod sicut Ecclesia sine autoritate Romani Pontificis non debet dedicari in honorem Dei, aut alicuius sancti, c. præcepta, c. basilicas, c. certum est, c. Ecclesia de consecratio. dist. 1. sic nec capellæ, oratoria, aut monasteria, per eadem iura: aut saltem sine licentia Episcopi ædificari possunt, c. placuit 1. q. 2. c. quidam 18. q. 2. c. nemo, de consecrat. distin. 1. authen. vt nullus fabri. orato. §. sancimus. Inde colligimus quod capella sancti Ollegarij ab immemoriali tempore in eius honorem constructa, non fuit ædificata & beato Ollegario dicata sine autoritate Romani Pontificis, & cum expressa licentia Reuerendissimi Episcopi Barcinonensis. Et sicut non potest ædificari Ecclesia, & capella, quin prius beneficentur & competenter dotentur ministri, & custodes, qui alio nomine appellantur beneficiati, aut Rectores illius, donatione prius ostensa coram Episcopo, dicto cap. placuit 1. q. 2. c. nemo, de consecra. dist. 1. d. authent. vt nullus: etiam determinato numero clericorum, §. inuestigantes coll. 1. authent. vt determinatus numerus. Ita certum est constructionem capellæ, & institutionem beneficij in honorem nostri sancti Ollegarij in octaua & nona ratione propositis, esse non solum indicium,

Beneficium ad
honorem beati
ollegarij.

4 indicium, sed etiam veram probationem eius Episcopalis canonizationis.

Indiciū & probatio canonizationis sancti Ollegarij.

§. XXI.

Campana in honorem beati Ollegarij, & ad quem effectum sunt instituta campanæ in Ecclesia Dei.

S V M M A R I V M.

- 1 Campana in honorem sancti Ollegarij.
- 2 Ad decorem cultus diuini.
- 3 Ad diuina.
- 4 Ad Capitulum congregandum.
- 5 Ad Horas canonicas.
- 6 Tempore interdicti.
- 7 In cymbalis bene sonantibus.
- 8 Tubæ argenteæ ductiles veteris Testamenti.
- 9 Ad dies festos, & Calendas.
- 10 Tintinabula noui & veteris Testamenti.
- 11 In veteri lege fuerunt tintinabula & cymbala.
- 12 Epilogus de campana sancti Ollegarij.
- 13 Munus campanæ.
- 14 Ximenez in lib. Regiment de Princeps.

5 **D**Ecima ratio, quia ad honorem sancti Ollegarij fuit campana quædam in campanili dictæ Cathedralis constituta, quæ vocatur Ollegaria, iam ab illo antiquissimo tempore, pro pulsanda Missa matutinali sancti Ollegarij: quæ adhuc in dicto campanili existit.

Campana in honorem sancti Ollegarij.

2 Campanas in Ecclesia Dei esse inuentas ad decorem cultus diuini, & ad honorem sanctorum, ad con-

Ad decorem cultus diuini,

M m j uocan-

uocandum clerum & populum ad diuina audienda & peragenda probamus, cap. Ioannes, de homicid. cuius expressa sunt verba. *Cum pulsaret campanas, vt signo dato conueniret populus fidelium ad diuina &c.* 3
Ad diuina.
Ad Capitulum congregandum.
Ad Horas canonicas.
Tempore interdicti.
 & cap. in causis, de elect. vbi pro electione Episcopi dicitur, quod *campanam pulsari fecerunt ad Capitulum congregandum.* cap. 1. & 2. de offi. custod. dicitur, quod *in Canonicis horis signa tintinabulorum pulsanda sunt.* Et vbi populus conuocari prohibetur ad diuina audienda, vt tempore interdicti, prohibetur etiam campanas pulsari, vt cap. alma mater, de sentent. excommunic. lib. 6. exceptis festiuitatibus in d. cap. expressis, Natalis Domini, Paschæ, ac Penthecostes, & Assumptionis Virginis Mariæ, & alijs solemnitatibus sanctorum, vigore priuilegiorum aliquibus Ecclesijs & Religionibus concessorum: quæ cum tempore interdicti eueniunt, pulsantur campanæ ad honorem dierum dierum. Eo maximè, quia Spiritus sanctus præcipit vt laudemus Deum *in cymbalis bene sonantibus, & in cymbalis iubilationis,* Psal. 7. vltimo.

Probatum igitur existimo campanas in Ecclesia Dei esse inuetas ad decorem Dei & sanctorum, cum diuina pro Deo & pro sanctis celebrentur & peragantur.

Ecclesiarum campanæ, cymbala, & tintinabula, representant tubas illas argenteas ductiles, Numer. 10. quarum clangore & sonitu congregabantur Hebræi, non solum quando profecturi erant ad terram promissionis, & ad bella: sed etiam ad dies festos, & calendas, ac ad sacrificia peragenda, & ad diuina audienda, & ad orandum cum sacerdos offerebat incensum Domino, & cum ingrediebatur Sancta

Tuba argentea ductiles veteris Testamenti.

Ad dies festos, & Calendas.

cta Sanctorum, ac ad audiendas lectiones, quæ per omne Sabbatum leguntur, Actor. 13.

10 Tintinabula hæc erant iam significata tintinabulis aureis, quæ pendebant à sacerdotalibus vestibus Aaron, quorum sonitus audiebatur quando ingrediebatur, & egrediebatur sanctuarium in conspectu Domini. Imo fuisse in veteri lege tintinabula, siue cymbala, sicut in nostra lege noua, probatur ex cap. 4. Machabæor. lib. 1. vbi refert textus, quod tunc *expulsis Gentilibus, renouatum est templum in canticis, cytharis, & cymbalis.* Vtebantur igitur tunc cymbalis, & tintinabulis, quæ sunt idem quod campanæ: maximè quia diuus Paulus 1. ad Corint. 13. de ære sonante, & de cymbalo tinniente mentionem facit.

12 Et cum in hac Ecclesia ab immemoriali tempore sit constructa campana in honorem beati Ollegarij, non est mirum, si ex hac ratione colligamus nostrum Archiepiscopum Ollegarium esse sanctum canonizatum ab Episcopis illorum temporum: eo maximè, quia hæc campana non potuit confici, nec in campanili constitui sine licentia Episcopi, cap. parentibus, de priuilegijs.

Carmina de officio, & munere campanæ.

13 *Laudo Deum verum, plebem uoco, congrego clerum,*

14 *Mortuos desllo, pestes fugo, festa decoro,
Vox mea tunc est terror demoniorum.*

§. XXII.

Hæ sequentes rationes probant nostrum Archiepiscopum Ollegarium esse canonizatum, aut beatificatum.

Mm ij

SVM.

Tintinabula noui & veteris Testamenti.

In veteri lege fuerunt tintinabula & cymbala.

Epilogus de campana sancti Ollegarij.

*Munus campanæ.
Ximenez in 17.
Regiment de Princeps.*

S V M M A R I V M.

- 1 Indulgentia visitantibus capellam in qua requiescit corpus beati Ollegarij.
- 2 Celebrantur Missæ in altare sancti Ollegarij.
- 3 Nomen Ollegarij imponitur in baptismo.
- 4 Non inuenitur alius Ollegarius sanctus.
- 5 Orationes & laudes sancti Ollegarij.

Indulgentia in capella S. Ollegarij.

Vndecima ratio, quia Illustrissimus Cardinalis Otto concessit indulgentias visitantibus capellam in qua requiescit corpus dicti sancti Ollegarij: quas multiplicauit Reuerendissimus Coloma Episcopus Barcinonensis superioribus annis.

Missæ in eius altare.

Duodecima, quia in eius altari ab immemoriali tempore celebratæ & institutæ in perpetuum sunt Missæ, ad magnam instantiam & petitionem fidelium deuotorum, qui quotidie offerunt solitam mercedis charitatem, pro multis celebrandis Missis in dicto altari.

Nomen Ollegarij imponitur in baptismo.

Decimatertia, quia ab illo antiquissimo tempore in Baptismi sacramento multi assumunt nomen Ollegarij, ob deuotionem quam habent ad dictum sanctum Ollegarium. Et cum in hac nostra Catholonia in Baptismo tantum assumantur nomina Sanctorum, & nullus alius inueniatur sanctus hoc nomine donatus, nisi noster sanctus Ollegarius: ergo argumentum euentissimum est fuisse canonizatum, aut beatificatum ab illo tempore Episcopis non prohibito ad canonizandum sanctos.

Orationes & laudes S. Ollegarij.

Decima quarta, quia ab illo antiquissimo tempore dici solent orationes & laudes de sancto Ollegario

gario & cantare, ante eius capellam & altare, & per totam ciuitatem: sicut de alijs sanctis canonizatis.

S. XXIII.

De Mitra sancti Ollegarij.

S V M M A R I V M.

- 1 Delatio mitræ ad infirmos.
- 2 Oratio sancti Ollegarij cum defertur mitra infirmis.
- 3 Miraculosa conseruatio mitræ & pallij sancti Ollegarij.
- 4 Miracula ex contactu mitræ.

Decima quinta, quia capellanus illius capellæ custos, quando defert mitram sancti Ollegarij infirmis, certam orationem propriam de sancto Ollegario dicit super eos, cum superpelliceo, seu cotta, & stola indutus: quam orationem examinarunt, & approbarunt Reuerendissimi Episcopi Barcinonenses, tenoris sequentis.

Delatio mitræ ad infirmos.

Oremus.

Deus, qui animam beati Ollegarij confessoris tui, atque pontificis in caelis cum Christo regnantem, & corpus in terris integrum, illæsum conseruas: concede propitius: ut eius intercessione ita in hoc mundo uiuamus, ut cum Christo in gloria regnare ualeamus. Per eundem Dominum &c. Amen.

Oratio sancti Ollegarij cum defertur mitra infirmis.

Decima sexta ratio, quia non minus miraculum est per intercessionem beati Ollegarij, conseruari etiam

Miraculosa conseruatio mitræ & pallij sancti Ollegarij.

etiam integriter, sine macula, aut latione propria mitra, qua utebatur sanctus Ollegarius, & eius Pontificale pallium. Patet à notorio, à quingentis annis & ultra.

Miracula ex
contactu milrg.

Decima septima, quia innumera miracula contigerunt infirmis petentibus sibi deferri, & super imponi mitrâ, qua prædictus sanctus Ollegarius utebatur.

§. XXIIII.

His tribus rationibus probatur etiam indicium canonizationis sancti Ollegarij.

S V M M A R I V M.

- 1 Romanus Pontifex appellat sanctum nostrum Archiepiscopum Ollegarium.
- 2 Notabilia verba Canonici Tarassæ de sancto Ollegario.
- 3 Canonizatio sancti Odonis per Episcopum Vrgellensem facta.

Romanus Pontifex appellat sanctum nostrum Archiepiscopum Ollegarij.

Decima octava ratio, quia in bullis Apostolicis Romanus Pontifex nostrum Ollegarium appellat etiam sanctum, quando concedit gratiam de aliquo ex beneficijs institutis in eius capella.

Notabilia verba Canonici Tarassæ de sancto Ollegario.

Decima nona ratio, quia Doctor Tarassa author Episcopologij Ecclesiæ Barcinonensis, eiusdemque Canonicus Archinarius, cui omnes quotquot sunt Doctores, qui de eo notitiam habuerunt, magnam tribuunt autoritatem, quæ librum ipse inscribit de vitis Pontifici Ecclesiæ Barcinonensis, in fine vitæ nostri sancti Ollegarij, de eo sic loquitur. *Vir itaque fuit tantæ sanctitatis, tantæq. doctrinæ, tantisq. miraculis*

3 miraculis floruit, ut inscribi in Catalogo sanctorum dignè mereretur.

Canonizatio sancti Odonis per Episcopum Vrgellensem facta.

Vigesima ratio, quia Reuerendissimus Petrus Vrgellensis Episcopus de anno 1133. 11. Kal. Iulij, videlicet triennio ante obitum nostri sancti Ollegarij, canonizauit, & in Catalogo sanctorum scripsit sanctum Odonem quondam Episcopum Vrgellensem prædecessorem suum: ut per instrumentum constet in Archivo Ecclesiæ Vrgellensis. Ex quibus probatur, quod Episcopi ante reservationem solebāt sanctos canonizare: potuit etiam noster Episcopus Barcinonensis nostrum sanctum Ollegarium canonizare.

§. XXV.

Notabilis & insignis effigies, figura, & imago sancti Ollegarij in publico Ecclesiæ & capelle loco apposta per Episcopum & Capitulum, cum corona deaurata.

S V M M A R I V M.

- 1 Prestantissima ratio ad probandum beatificationem sancti Ollegarij.
- 2 Clavis rotundus in lapide angulari.
- 3 Figura beati Ollegarij sculpta cum corona.
- 4 Beatus Ollegarius.
- 5 Lapis angularis.
- 6 Tot honores.
- 7 Signum gloriæ beatificationis sancti Ollegarij.
- 8 Traditio immemorialis de veneratione sancti Ollegarij.
- 9 De miraculis.
- 10 Virtutes sancti Ollegarij.

Sancti

11 De sanctitate vitæ beati Ollegarij.

12 Sanctus Ollegarius est in possessione venerationis.

13 Priuilegium præsumptum.

Prestantissima
ratio ad probā-
dum beatifica-
tionem sancti
Ollegarij.

Clavis rotādis
in lapide angu-
lari.

Figura beati
Ollegarij sculp-
ta cum corona.

Beatus Ollega-
rius.

Lapis angula-
ris.

Tot honores]

Vltima ratio in signum euidētissimum, quod no-
ster Archiepiscopus Ollegarius est beatificatus,
oculis cernitur, & manibus tangitur, quod ab imme-
moriali tempore, etiam a fundatione Ecclesiæ Bar-
cinonensis, est in eius honorem constructa capella,
in cuius summitate est constitutus quidam lapis an-
gularis, quem Architecti clauem appellant, quo in-
nituntur quatuor arcus testudinis & fornicis capel-
læ, in quo est sculpra in circulo eleuata prominens
figura beati Ollegarij de Pontificali induti, cum ca-
sulla, mitra, baculo, & diademate in capite, in sig-
num gloriæ & coronæ, quam possidet in cœlo, litte-
ris antiquissimis maiusculis sculptis super lapidis
plano prominentibus, sicut eius figura, (vt dicimus
de medio relieue) clarè designatis, quibus legitur,
BEATVS OLLEGARIVS. Et cum sit fi-
gura eximio artificio elaborata, est auro & varijs co-
loribus ornata, iuxta artem. Lapis iste angularis a
diametro vnus partis ad alteram, metitur tribus pal-
mis & dimidio: circulus verò lapidis est duodecim
palmorum in circa: litteræ, vt dictum est, sunt ma-
iusculæ, longitudinis quartæ & dimidiæ partis pal-
mi.

Merito hæc Ecclesia tot honores solis sanctis ca-
nonizatis & beatificatis ab immemoriali tempore
tribuit nostro beato Ollegario: cum iam a fundatio-
ne Ecclesiæ de ordine Episcopi & Capituli hanc fi-
guram cum fulgentissima, & deaurata coronâ, ac diade-

7 diademate, quod est signum manifestum suæ sancti-
tatis, canonizationis, & beatificationis, in publico
loco apposuisse, a notorio constat.

Signum gloriæ
beatificationis
sancti Ollegarij.

Quod autem hæc deaurata corona sit signum san-
ctitatis, probatur verbis Ecclesiastici, qui cap. 45.
sic loquitur. *Coronam auream super mitram eius im-
pressam, signo sanctitatis, & gloria honoris, & opus vir-
tutis, desideria oculorum ornata.*

8 Quia a ducentis, tercentis, quadringentis annis,
& ultra, ab immemoriali tempore, traditio a nostris
maioribus, publica vox & fama, & notorium fa-
cti permanentis, talis est de sancto viro Ollega-
rio, honorato, venerato, inuocato, thuribus incen-
sato, tot lampadibus & cereis illustrato, ac illumi-

Traditio imme-
moralis de ve-
neratione san-
cti Ollegarij.

9 nato, & tanta miraculorum multitudine in corrobo-
ratione fidei coruscantiū. Quæ omnia supradicta,
quæ post eius mortem tam manifestè patent, corre-

De miraculis]

10 spondent eius actibus strenuis, ac virtutibus vitæ il-
lius, morum integritati, & maxime charitati, reli-
gioni, dono prophetiæ, & linguarum, ac scientiarū,

Virtutes sancti
Ollegarij.

11 verbiq. diuini prædicationibus, peregrinationibus,
ne dum ad limina sanctorum Apostolorum, quorū
deuotione fulgebat: sed etiam ad terram vsque san-
ctam, humanitati, beneuolentiæ, simplicitati, pie-
tati, humilitati, castitati, patientiæ, ieiunijs, oratio-
nibus, elemosynis, cæterisque omnibus quotquot
sunt virtutibus, quibus dum viueret erat præditus.
Ipsam Deo dilectum, sanctum, & in cœlis cum
Christo, & cæteris sanctis regnantem prædicant.
probat text. in cap. quærendum, de poenit. dist. 2.

De sanctitate
vitæ beati Olle-
garij.

12 Quibus rationibus, indicijs, & signis sic positis,
constat dictum sanctum Ollegarium esse in posses-
sione venerationis, tāquam sanctum canonizatum,

Sanctus Ollega-
rius est in posses-
sione venerationis.

aut beatificatum. Loquor de canonizatione & beatificatione Episcopali ab immemoriali tempore, & ultra quadringentos annos. Dictæque rationes, iudicia, & signa arguunt & inducunt præsumptionem, & habent vigorem privilegij præsumpti: maximè ex multis enuntiatiuis contentis in hoc capite enumeratis instrumentis antiquissimis.

Priuelegij præsumptum.

12

CAPVT OCTAVVM.

De enuntiatiuis sanctitatis, canonizationis, & beatificationis sancti Ollegarij.

§. I.

An enuntiatiuæ in antiquis probent, & quam probationem, aut fidem faciant.

S V M M A R I V M.

- 1 *Enuntiatur sanctus & beatus.*
- 2 *Vna sola enuntiatiua non probat, nisi habeat cursum centum annorum.*
- 3 *Enuntiatiuæ plurium instrumentorum probant.*
- 4 *Res inter alios acta.*
- 5 *Duæ enuntiatiuæ habent vim duorum testium.*

Quia



VIA in superiori cap. 7. fuit dictum, enuntiatiuas in antiquissimis instrumentis ibi relatis, fidè facere, & probare. Attento maximè, quia in illis noster Ollegarius ab Archiepiscopo Tarracoenfi, ab Episcopo Barcinonensi, ab Episcopo etiam Cæsaraugustano, & ab omnibus alijs Episcopis huius Prouinciæ, à Regibus & Principibus, ab eorum Iudicibus & assessoribus in suis decretis & sententijs, & ab alijs, ac etiam ab eodem summo Pontifice, necnon etiam traditione maiorū à quadringentis annis & ultra, enuntiatur & appellatur sanctus & beatus. In hoc igitur capitulo propriè & ex professo duximus, ommissis quampluribus Doctorum dictis, breuitati studètes, declarare quid præsertim sentiant sacrae Rotæ Apostolici Palatij Auditores: quorum decisionibus & iudicio in hac tā subtili, quam difficili disputatione standum est.

Enuntiatur sanctus & beatus.

- 1 Et licet dubium sit, an vna sola enuntiatiua vnus instrumenti, etiam in antiquis, prober. Probat tamen, si habet cursum antiquitatis cētum annorum, tenet Rota Romana diuersorum decis. 188. parte 1. num. 1. quam refert Puteus decis. 364. Noster autem Ollegarius enuntiatur sanctus & beatus, non vna tantum enuntiatiua: sed pluribus instrumentis supra relatis, enuntiatur sanctus & beatus. Non ab annis tantum centum: sed à quadringentis, & ultra.

Vna sola enuntiatiua non probat, nisi habeat cursum cētum annorum.

- 2 Quod autem enuntiatiuæ plurium instrumentorum probent, affirmat etiam Rota diuersorum decis. 684. part. 1. num. 1. Achill. decis. 5. de iure patronatus. Puteus decis. 209. lib. 2. num. 1. glosa in cap. cum olim, de cens. Selua consil. 57. num. 7. Crauert.

Enuntiatiuæ plurium instrumentorum probant.

Nn ij de:

Res inter alios
actæ.

de antiq. tempo. parte. i. num. 74. quamuis in dictis
instrumentis enuntientur etiam res inter alios actæ. 4
Idem Pute. decis. 359. num. 8. eo. lib. 2.

Dus enuntiatio-
ne habent vim
duorum testium.

Tanto magis, quia verba enuntiativa in diuersis
scripturis diuersarum personarum habent vim duo- 5
rum, & plurium testium probantium famam, quæ in
antiquis probant: & multo magis in antiquissimis, vt
in casu nostro, vbi adfunt tot instrumenta affirman-
tia & enuntiantia nostrum Ollegarium esse sanctum
& beatum. probat eadem Rota 2. par. diuerso. decis.
130. nu. 1. idem Crauet. 1. par. nu. 8.

§. II.

Argumenta & inditia ad probandam beatificationem,
aut canonizationem sancti Ollegarij.

S V M M A R I V M.

- 1 Ad probandum sanctum esse canonizatum.
- 2 Est in possessione venerationis tanquam sanctus.
- 3 Adminicula, rationes, & inditia sanctitatis & cano-
nizationis.
- 4 Conclusio.

Ad probandum
sanctum esse ca-
nonizatum.

Nillum est autem maius inditium & argumentum
ad probandum aliquem antiquissimum sanctum
esse canonizatum, quam quando probatur appella-
tum fuisse assertiuè sanctum & beatum ab eo, qui il-
lum potuit canonizare: eo magis si prædictus san-
ctus est in possessione immemoriali, vt veneretur ta-
quam sanctus, & illi tribuantur aliqui honores, quos
Ecclesia solis sanctis canonizatis & beatificatis con-
cedit, vt infra c. 11. & supra c. 5. & 6. probatum est.

Dictum

Dictum est autem in facto potuisse nostrum san-
ctum Ollegarium canonizari ab Archiepiscopo Tar-
raconensi, & ab Episcopo Barcinonensi: quia in v-
traque Ecclesia fuit prælatus simul & semel: & ab
eius successoribus, qui publicè & palam, & in publi-
cis instrumentis fuit pluries assertiuè appellatus &
nominatus sanctus & beatus.

2 Constat etiam ex facto nostrum sanctum Ollega-
rium esse in possessione immemoriali vt veneretur
tanquam sanctus, & etiam circumuicini id scire te-
stantur, à quibus etiam sanctus appellatur, & tanquã
sanctus veneratur. Maximum igitur indicium & ar-
gumentum est, nostrum sanctum Ollegarium fuisse
canonizatum.

Est in possessio-
ne venerationis
tanquam sanctus.

3 Maximè stantibus tot alijs adminiculis, rationi-
bus, inditijs, & signis sanctitatis & canonizationis,
siue Episcopalis beatificationis. Hæc enim inditia,
signa, & rationes reddunt probationem magis eui-
dentem. Idem Achil. eadem decisio. 5. ad fin. de iur.
patrona.

Adminicula,
rationes, & in-
dicia sanctitatis
& canonizatio-
nis.

4 Enuntiatione igitur supradictæ probant nostrum
sanctum Ollegarium fuisse iam de illo immemoria-
li tempore reputatum, tanquam sanctum, & beatum,
fulgentissimo ornatum diademate & aurea sanctita-
tis corona: & consequenter fuisse canonizatum, aut
beatificatum, ex effectis: cum videamus eum esse in
quali possessione venerationis tanquam sanctum ca-
nonizatum, aut beatificatum.

Conclusio.

§. III.

De traditione maiorum circa ea, quæ de sancto Ollega-
rio accepimus.

SVM

S V M M A R I V M.

- 1 Traditio de sancto Ollegario.
- 2 Quanti momenti sit traditio.
- 3 Quid sit traditio.
- 4 Quanti faciunt Doctores traditionem.
- 5 Traditio Ecclesie magnae auctoritatis.
- 6 Diffinitio moris & traditionis.
- 7 Auctoritatibus sacrae scripturae confirmatur traditio.
- 8 Conclusio de traditione.
- 9 Maiorum traditio de S. Ollegario.
- 10 Qui sunt maiores nostri.
- 11 Quid sentiunt de sancto Ollegario.
- 12 Tanquam sanctum coluerunt & inuocarunt.
- 13 A suis antiquioribus acceperunt.
- 14 Continuata traditione.
- 15 Ab immemorable tempore.
- 16 A quadringentis annis & ultra

Traditio de sancto Ollegario.

ET quia supra §. i. dictum est, quod traditione maiorum à quadringentis annis & ultra, constaret enuntiatum fuisse nostrum Ollegarium esse sanctum & beatum. Nunc videndum est, quanti momenti sit traditio, qua noster Ollegarius enuntiat sanctus & beatus, & quod est in possessione venerationis à quadringentis annis & ultra.

Quid sit traditio.

Traditio namque est quaedam veritas à sui principio non scripta, sed conseruata in hominum memoria, quam acceperunt filij à suis parentibus, & ipsi ab antiquioribus, qui affirmabant se ita vidisse & auduisse à suis maioribus.

Hanc veritatem per traditionem acceptam, postea per

- 4 per graues Doctores in scriptis redactam, pluris faciunt antiquissimi & moderni Doctores, quos refert Cardinalis Bellarminus lib. 4. controuer. cap. 3. to. 1. & Baronius tom. 1. cap. 8.
- 5 Magnam auctoritatem tribuit Ecclesia traditioni, cum eam comparat cum Scriptura sacra, cap. Catholica Ecclesia, 11. dist. vbi sic loquitur. *Quidquid enim in Ecclesia tenetur, aut auctoritas est scripturarum, aut traditio vniuersalis, aut certe propria & particularis institutio.* Et infra de vniuersali traditione maiorum verba facit in confirmationem traditionis de qua agimus, & ibi glos. & Doctores. Confirmatur verbis Concilij Tridentini sess. 4. in decreto de canonicis scripturis, cuius haec sunt verba. *Perspiciensque hanc veritatem & disciplinam contineri in libris scriptis & sine scripto traditionibus, quae ipsius Christi ore ab Apostolis acceptae, aut ab ipsis Apostolis, Spiritu sancto dictante, quasi per manus traditae, ad nos usque peruenerunt.*
- 6 Traditionem etiam Iurisconsulti, quandoque morem, aut consuetudinem appellant, dum dicunt mores & consuetudines Ecclesiarum obseruandas esse. *Ulpianus enim sic loquitur in l. 6. ff. de iustit. & iure. Hoc ius nostrum constat ex scripto & non scripto.* & Pompeius de verbo obligatio dicit. *Mos est institutum patrum pertinens ad religionem, moresque maiorum.* Propterea Paulus ad Theffalon. c. 2. dicit. *Itaque fratres state & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram.*

Quanti faciunt Doctores traditionem.

Traditio Ecclesie magna auctoritatis.

Diffinitio moris & traditionis.

Auctoritatibus sacrae scripturae confirmatur traditio.

De hac veritate traditionum legatur Ioelis cap. 1. *Si factum est hoc in diebus vestris, aut in diebus patrum vestrorum, super hoc filijs vestris narrate, & filij vestri filijs suis, & filij eorum generationi alteri.* Et cap. 3 2.

Deute-

Deuteron. *Interroga patrem tuum & annuntiabit tibi, & maiores tuos & dicent tibi.* Et Iob cap. 8. *Interroga generationem pristinam, & diligenter inuestiga patrum memoriam.* Et Eccles. cap. 8. *Non te pretereat narratio seniorum, ipsi enim didicerunt à patribus suis.* Euangelium Lucae est etiam per traditionem, vt ipse testatur cap. 1. *Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipse viderunt.*

Conclusio de traditione.

Maiores tradidit de S. Ollegario
Qui sunt maiores nostri.

Quid sentiunt de sancto Ollegario.

Tanquam sanctum coluerunt & inuocarunt. A suis antiquioribus acceperunt continuata traditione.

Ab immemorabili tempore. A quadringentis annis & ultra.

Si igitur traditio non solum est in sacris litteris, 8 & in vtroque iure: sed etiam a Doctoribus ita celebrata: quid mirum, si nos in hac Ecclesia eam tantum facimus in honorem patroni nostri Ollegarii, cuius sanctitatem nobis maiores nostri tradiderunt? Per 9 maiores nostros non solum intellige Imperatores, 10 Reges, Comites, Principes, Reipublicæ patres, illustres, nobiles, patritios, & parentes quoscunque: sed etiam Ecclesiarum Prælatos, Episcopos, Abbates, Canonicos seculares & regulares, vniuersumque clerum, & populum. Qui omnes vno animo nostrum 11 Ollegarium tanquam sanctum coluerunt, nosque colendum 12 & inuocandum verbo & scriptis ab illis accepimus. Illique a suis antiquioribus, continuata veneratione, se vidisse & audiuisse a suis maioribus veneratum 13 fuisse & esse tanquam sanctum, & in tali possessione 14 extitisse & esse, non solum ab immemorabili tempore, 15 sed etiam a quadringentis annis & ultra, 16 verbo & scriptis enuntiauerunt, piamque & deuotam consuetudinem immemorabilem nobis tradidisse & annuntiasse testantur. Gratias igitur immortales referimus pro tanto nobis a Deo collato beneficio.

CAPVT

CAPVT NONVM.

De titulo præsumpto canonizationis, seu beatificationis sancti Ollegarii.

§. I.

Ex quibus præsumitur sanctitas, beatificatio, & canonizatio sancti Ollegarii.

SVMMARIVM.

- 1 Sanctus Ollegarius est in possessione venerationis tanquam sanctus.
- 2 Præsumitur sanctitas, & canonizatio beati Ollegarii.
- 3 Ex enuntiativis, & antiquissimis instrumentis.
- 4 Ex antiquissima figura sancti Ollegarii.
- 5 Præsumitur bonus in senectute, qui fuit bonus in iuuentute.
- 6 Ex studijs.
- 7 Ab honestate vitæ.

ATTENTO etiam quod in dicto cap. 7. & 8. dictum est nostrum sanctum Ollegarium esse in possessione venerationis tanquam sanctum canonizatum, aut beatificatum, & ex allegatis ibi rationibus, inditijs, & signis arguitur præsumptio tituli & priuilegij præsumpti

S. Ollegarius est in possessione venerationis tanquam sanctus.

Præsumitur eius sanctitas & canonizatio.

sumpti suæ Episcopalis canonizationis & beatificationis. Ideo in hoc cap. 9. clarius inducitur præfata præsumptio.

*Ex enuntiativis
& antiquissimis instrumentis.*
Ex antiquissima figura,

Quod autem ex supradictis rationibus, inditijs, & signis, & ex dictis antiquissimis instrumentis, & ex eorum enuntiativis: maxime autem ex eius sancti 3 nominis inuocatione in processionibus, & ex erectione altaris, & ex antiquissima figura, siue imagi- 4 ne cum sanctitatis insigni diademate coronata, in summitate suæ capellæ, & in publico loco apposita de ordine & mandato Episcopi & Capituli, iuridica præsumptio arguatur in fauorem sanctitatis, canonizationis, & beatificationis sancti Ollegarij, probant sequentia iura, discurrendo per omnes ætates suæ vitæ, vsque ad præsentia tempora.

Præsumitur bonus in senectute, qui fuit bonus in iuuentute.
Ab honestate vite.
Ex studijs,

Textus in cap. cum in iuuentute, de præsumptio. cum concordatis Doctoribus, & glos. probant præsumptionem, videlicet eum hominem esse bonum, & perfectum, quod est sanctum in senectute, qui fuit 5 bonus & sanctus in iuuentute. Et per ea quæ allegat Tiraquell. in tract. de pœnis legum cap. 51. num. 46. Ab honestate vitæ præsumitur sanctitas in viro: à stu- 6 dijs & bonis moribus præsumitur etiam sanctitas, 7 cap. ex studijs, de præsumption. & ibi glosa, & Doctores.

Ille etiam præsumitur bonus, & summæ integritatis, qui præcedentibus legitimis electionibus, à maioribus, à Principibus, populo, aut aliàs ab eorū electoribus factis, publicis honoribus & muneribus benè & laudabiliter functus est, stante legitima electione, de illius actibus dubitare non debemus, vt diffiniuit Gregorius, & refertur in can. 1. 94. dist. ibi. *Nec enim de eius actibus dubitare possumus, cui Deo auxiliante*

xiliante totum nostræ Ecclesiæ noscitur patrocinium commississe. cap. si officia 59. distin. Valde notandum est, cum ibi glos. Menochius lib. 1. præsumption. qu. 15. num. 34. per l. 2. C. de offic. ciuil. iudi. Authent. vt defuncti, seu funera eorum in principio. Item Authen. de iudicib. in princip. ff. de munerib. & honorib. l. vt gradatim.

§. II.

Probatur præsumptio sanctitatis, beatificationis, & canonizationis sancti Ollegarij.

S V M M A R I V M.

- 1 S. Ollegarius electus ad publicos honores.
- 2 Septuaginta septem annorum.

CVm autem noster sanctus Ollegarius à pueritia, ad adolescentiam & iuuentutem creuerit de virtute in virtutem, bonarum litterarum, integerrimæque morum vitæ, studijs imbutus, ad virilem & perfectam ætatem euectus, tot virtutibus & gratijs ornatus, ad publicos honores & munera electus fuerit: vt, præclare definit Leo, & refertur in canon. miramur 41. dist. vbi loquitur de electione Episcoporum, ibi. *Quorum omnis ætas, à puerilibus exordijs, vsque ad perfectiores annos, per disciplinæ Ecclesiasticæ stipendia cucurrisset: vt unicuique testimonium prior vita præberet, nec posset de eius prouectione dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actibus strenuis celsioris loci premium deberetur.* Hæc ille.

Tales enim circumstantias in electione beati Ollegarij electores cospexerunt: quibus virtutibus benè & laudabiliter, non minus ad Dei laudem, quam

S. Ollegarius electus ad publicos honores.

Septuaginta se
ptem annorū.

ad Christiani populi ædificationem sanctus est beatus Ollegarius. Quæ diuina gratia fauente, vsque ad eius senilem septuaginta septem annorum ætatem, ac ad eius foelicissimum vsque obitus diem, Deo omnipotenti maximo, ac eius Catholicæ Ecclesiæ famulatum præstitit. Dicebat enim Innocentius in cap. audiuimus, de reliq. & veneratio. Sanctorum, exponendo verba Ecclesiast. 44. *Laudemus viros gloriosos*, quod non sufficit ad canonizandum sanctum vnum miraculum, aut quod in vno fuerit gloriosus, vel semel tantum: sed quod in multis & multoties: imo quod cõtinuè eius vita fuerit gloriosa: qualem de sancto Ollegario legimus. Hincq. magnam præsumptionem iura arguunt, eumque in coelis cū Deo regnantem, & tot, tantisque miraculis clarum, stantibus præfatis inditijs, rationibus, & signis circa eius venerationem, canonizatum, aut beatificatum per aliquem Episcopum Barcinonensem, aut Archiepiscopum Tarraconensem fuisse, iuris præsumptio est.

§. III.

Respondetur obiectioni, factum non præsumitur, nisi probetur.

S V M M A R I V M.

- 1 *Quæ fieri solent præsumuntur, etiam si non probentur.*
- 2 *Præsumuntur quæ habent causam probabilem.*
- 3 *Præsumitur canonizatio S. Ollegarij.*
- 4 *Est in possessione & consuetudine immemoriali, vt ei tribuantur honores sanctorum canonizatorum.*
- 5 *Consuetudo immemorialis habet vim priuilegij.*

Possessio

- 6 *Possessio immemorialis centum annorum æquiparatur longissimo tempore.*
- 7 *Potest allegari titulus post immemorialem.*
- 8 *Constat de immemoriali centum, & quatercentum annorum.*
- 9 *Immemorialis consuetudo, & notorium.*
- 10 *Immemorialis potest probari testibus.*



AD tacitam obiectionem respondere ante omnia opus est. Canonizatio enim est quid facti, & non præsumitur, nisi probetur, per iura vulgata l. in bello, §. factæ, ff. de capti. & post. reuer. cap. in iure peritus, de offi. deleg.

Quibus satisfacio ex doctrina Baldi, quem sequitur communis Doctorum opinio in rubr. de fide instrum. C. num. 8. versic. Item quia non est, quem sequitur Iason. in l. incendium in fin. C. si cert. petat. num. 2. & ff. de verbo. obligatio. quos & plures alios refert Menochius lib. 6. præsumptio. 14. num. 16. vbi limitatur hæc propositio: Quod factum nõ præsumitur, nisi probetur. A qua propositione excipiuntur ea, quæ fieri solent datis causis: maximè si adsint alia inditia, quæ præsumuntur facta, etiam si aliàs non probentur.

Quæ fieri solent præsumuntur, etiam si non probentur.

Tanto magis, quia Abbas in cap. in præsentia in 7. notab. de probat. dicit, quod illa præsumi debent, quibus causa probabilis accedit.

Præsumuntur quæ habent causam probabilem. Præsumitur canonizatio S. Ollegarij.

Cum igitur constet de prædictis causis probabilibus, rationibus, signis, & inditijs, & maximè de tot enuntiatiuis prædictis, concludendum esse existimo de iure præsumi sanctum nostrum Ollegarium fuisse canonizatum, aut beatificatum, vt supra dictum est.

Tum

Est in possessione & consuetudine immemoriali, ut ei tribuantur honores sanctorum canonizatum.
Consuetudo immemorialis habet vim privilegij.

Tum maxime currit presumptio prefata, quia 4
 noster sanctus Ollegarius est in possessione, & consuetudine immemoriali, ut ei tribuantur tot honores prefati solis sanctis canonizatis concedi soliti, ut constat in facto. Consuetudo autem immemorialis habet vim privilegij, l. hoc iure, §. ductus, ff. de acquir. rer. domi. & ibi Scribentes. quæ doctrina est recepta etiam à sacra Rota Roma. apud Pute. decis. 466. lib. 2.

Possessio immemorialis centum annorum æquiparatur longissimo tempore.
Potest allegari titulus post immemorialem.

Etiam si talis possessio & immemorialis consuetudo esset centum annorum tantum, eam Rota longissimo tempore æquiparat, coram Pute. decis. 212. num. 4. lib. 1. & num. 5. & 7 dicit, quod post tempus immemoriale prefatum, potest allegari quilibet titulus. & tenet Felinus in cap. causamq. de prescrip. Curtius in tract. de iure patron. in verb. Ipse, vol. 15. q. 46. col. 5. vers. Circa alium punctum.

Constat de immemoriali centum, & quater centum annorum.

Tanto magis in casu nostro, ubi non de annis centum, sed de quater centum, & ultra. Ergo licet nobis allegare titulum presumptum, videlicet fuisse canonizatum, aut beatificatum per aliquem Episcopum Barcinonensem, aut Archiepiscopum Tarracensem, de tempore quo erat licitum Episcopis Sanctos canonizare, prout latè licuisse probatum est.

Immemorialis consuetudo, & notorium.

Et cum dicta possessio, & immemorialis consuetudo, qua noster sanctus Ollegarius veneratur ut sanctus, sit non solum fama publica, sed notorium, quod oculis videtur, & à nostris maioribus audiimus, eos etiam sic vidisse, & à suis maioribus etiam & antiquioribus audiuisse, scire presumitur.

Immemorialis potest probari testibus.

Et ultra enuntiatiuas probatas per dicta instrumenta, potest dicta immemorialis possessio probari per

per testes, Moedanus decisio. 11. de prescrip. l. regula, §. sed facti, ff. de iuris & facti ignorantia, cap. quanto, de presumption.

§. IIII.

Fama sanctitatis, beatificationis, & canonizationis probata per testes, aut instrumenta, constituit plenam fidem, & plenam probationem.

S V M M A R I V M.

- 1 *Talis probatio constituit plenam fidem & plenam probationem.*
- 2 *Licet allegare prefatam presumptionem.*
- 3 *Approbatio venerationis S. Ollegarij non dicitur facta ex sola tolerantia.*

1 **T**alis autem fama sanctitatis per testes, aut instrumenta probata in antiquis constituit plenam fidem, Moedanus decisio. 178. num. 3. & 4. & plenam probationem, Cassad. de probat. decisio. 2. cap. veniens de verb. signif. Alexan. & Iason in l. cum aliquis, C. de iure deliber.

Talis probatio constituit plenam fidem & probationem.

2 Sine dubio igitur licet allegare prefatam presumptionem, & Episcopalem titulum presumptum de sanctitate, canonizatione, & beatificatione nostri sancti Ollegarij. Maxime quia in capite 2. dictum est esse plures sanctos ab vniuersali Ecclesia, tanquam sanctos, absque alia particulari Episcoporum, aut Romani Pontificis canonizatione, venerari solitos. Quæ acceptatio & approbatio æquiparatur canonizationi Romani Pontificis, aut Episcoporum: cum

Licet allegare prefatam presumptionem.

non

non minus venerentur ab vniuersali Ecclesia, quam si essent particulari solemnitate canonizati. De qua canonizatione sic loquitur Cassaneus in Catal. glor. mundi 3. par. confid. 46. circa finem. *Sanctus dicitur qui est ab Ecclesia canonizatus, aut canonizatione Ecclesiastica confirmatus, & approbatus.* Sic acceptatio & approbatio in Ecclesia Barcinonensi, ab immemorabili tempore facta circa venerationem sancti Ollegarij, æquiparatur Episcopali canonizationi, aut beatificationi.

Approbatio venerationis S. Ollegarij non dicitur facta ex sola tolerantia.

Tum magis, quia ista acceptatio, & approbatio 3
venerationis sancti Ollegarij, non potest dici facta ex sola tolerantia, cum fieri non potuerit sine facto, & expresso ordine, & decreto Episcopi: cuius auctoritate erecta est illi capella, & figura cum diademate, altare, & ara, super qua sanctum integrum & incorruptum corpus constitutum cum solemnitate fuit, ut ab omnibus Christianis veneretur, etiam in processionibus & publicis precibus, inuocando illum sicut ceteros sanctos, sub prædictis verbis. *S. Ollegari ora pro nobis.*

Adde que tacta sunt in capite 7. circa allegatam præsumptionem. Nam certiorato summo Pontifice, ut infra dicitur capite 10. de sanctitate, veneratione, & miraculis sancti Ollegarij de anno 1280 & centum annos postea, de anno 1380. inuenimus eius sanctum corpus processionaliter translatum ad capellam eius nominis, iam à fundatione Ecclesiæ dicatam, cum eius effigie fulgentissimo diademate coronata in summitate illius. Quid mirum, si dicamus, & dicere præsumamus, prout supra dictum est, de iure, sanctum Ollegarium esse auctoritate Episcopali canonizatum, & tanquam sanctum ab immemo-

memorabili tempore veneratum, & pro sancto acceptatum & approbatum in hac Ecclesia Barcinonensi, etiam cum expressa scientia & patientia summi Pontificis. Imo potest de iure præsumi fuisse processionaliter translatum auctoritate eiusdem Romani Pontificis, ad instantiam tantorum Principum. Tanto magis currit præsumptio, quia Romanus Pontifex in bullis Apostolicis eum appellat sanctum, dicens, quod beneficium sancti Augustini est fundatum ad altare sancti Ollegarij in Ecclesia Barcinonensi.

CAPVT DECIMVM.

Soluuntur argumenta quibus potest dubitari, an sanctus Ollegarius sit canonizatus, aut beatificatus.

§. I.

Soluitur primum argumentum dubitatum, an sanctus Ollegarius sit canonizatus.

SVM MARIVM.

- 1 *Primum argumentum.*
- 2 *Sanctus Raymundus de Penyafort instabat canonizationem sancti Ollegarij.*
- 3 *Rex Petrus secundus, ad Martinum quartum Romanum Pontificem.*
- 4 *Solutio.*
- 5 *Bellarminus.*



ARGUMENTA contra hanc sententiam continentur & soluntur in hoc capite, quæ proponuntur ab aliquibus, qui dubitabant, an sanctus Ollegarius esset canonizatus. In primis non obstat dicere, quod vulgò fertur, sanctum

Primum argumentum.

S. Raymundus instabat canonizationem S. Ollegarij.

Petrus secundus ad Martinum quartum.

Raymundum de Penyafort, dum Romæ esset Pœnitentiarius maior Gregorij noni, instasse & petiisse canonizationem sancti Ollegarij, certiorato summo Pontifice de vita, sanctitate, veneratione, & miraculis eiusdem sancti Ollegarij, circa annos 1230. & 1236. centum annos in circa post obitum sancti Ollegarij: & post eum Serenissimum Petrum secundum Aragonum Regem, de anno 1280. vel 1281. vt constat per eius litteras ad SS. Martinum 4. quæ cū sint notatu dignæ, earum exempla non in hoc libro, sed processu canonizationis inseri, decretum est. Constat etiam de aliquibus validissimis alijs diligentijs, & missione Reuerendi Bernardi Olordæ Decretorum Doctoris Sacristæ Barcinonensis ad Curiam Romanam, pro instanda dicta canonizatione sancti Ollegarij: quia si fuisset canonizatus, frustra supplicaretur Sanctissimo pro eius canonizatione obtinenda.

Solutio: Bellarminus.

Quia respondetur, ex doctrina eiusdem Bellarmini in cap. citato, argumento etiam magnæ gloriæ in cap. gloriosus, de reliq. & veneratio. Sanctorum in 6. quod Episcopus in canonizatione sanctorum non potest ultra suam diocesim obligare vniuersalem Ecclesiam, ad venerandum & inuocandum sanctum ab Episcopo canonizatum. Nam hæc est differentia inter canonizationem Papæ & Episcopi, quod canonizatio

nizatio facta ab Episcopo, est particularis in sua tantum diocesi: canonizatio autem Papæ, vniuersalis est, & obligat omnes. Et sic non est mirum, si sanctus Ollegarius iam canonizatus ab Episcopo, petatur canonizari à Papa, vt iste sanctus tantæ sanctitatis, in quo mirabilis est Deus, veneretur & inuocetur in tota vniuersali Ecclesia, prout constat de diligentijs supra enarratis ad generalem canonizationem obtinendam.

§. II.

Soluitur secundum argumentum.

S V M M A R I V M.

- 1 *Secundum argumentum.*
- 2 *Institutio in honorem beati Ollegarij.*
- 3 *Solutio.*
- 4 *Beneficium in honorem beati Ollegarij.*

- 1 **M**Inus obstat, si dicatur, quod pro sanctis canonizatis, aut beatificatis non instituuntur celebrationes anniuersariorum: & quod Iacobus de sancta Eugenia in suo testamento, de quo diximus in cap. 7. vltra institutionem beneficij in honorem beati Ollegarij, instituit etiam quatuor anniuersaria, quorum vnum instituit in honorem beati Ollegarij, celebrandum in die sui obitus, cū conditione, quod si eius altare canonizetur, conuertantur pecuniæ in festum sancti Ollegarij, videlicet quatuor denarij pro quolibet Canonico, & beneficiato.
- 3 Quia respondetur, quod institutio vnius particularis, non potest noscere voto & deuotioni comuni

Secundum argumentum.

Institutio in honorem beati Ollegarij.

Solutio.

P p ij totius

totius cleri & populi, qui dictum beatum Ollegariū pro sancto honorant & colunt: etiam si institutum fuisset anniuersarium pro anima ipsius beati Ollegarij: non est tamen institutum pro anima, sed in honorem beati Ollegarij. Tum etiam, quod dictus Iacobus de sancta Eugenia potuit errare, etiam pie instituendo anniuersarium pro sancto defuncto. Tum etiam, quod dictus Iacobus sibi ipsi contradixisset, dum in eodem testamento, in quo instituit beneficiū in honorem sancti Ollegarij, si instituisset anniuersarium pro anima ipsius sancti defuncti: non instituit tamen pro anima, sed in honorem beati Ollegarij, & in vtraque institutione eū beatum appellat.

Beneficium in honorem B. Ollegarij.

§. III.

Soluitur tertium argumentum, & confirmatur sanctitas, canonizatio, & beatificatio sancti Ollegarij.

S V M M A R I V M.

- 1 *Tacita obiectio.*
- 2 *Solutio.*

Tacita obiectio

Interrogatus tamen, si sanctus Ollegarius non est canonizatus, aut beatificatus, quare Barcinonensis Ecclesia tot honores solis sanctis canonizatis, aut beatificatis concedi solitos, ab immemorabili tempore tribuit beato Ollegario? Cui obiectioni satisfieri non potest aliter, quam, ut dictū est, quod de necessitate præsumendum est, sanctum Ollegarium fuisse canonizatum, aut beatificatum ab Episcopo Barcinonensi, aut ab Archiepiscopo Tarracoenensi,

Solutio

nēsi, & pro beatificato acceptatum & approbatum, aliter erraret Ecclesia, concedendo sancto Ollegario tot honores solis sanctis canonizatis concedi solitos. Dicere autem Ecclesiam Barcinonensem in tali cultu sancto Ollegario concessio ab immemorabili tempore, errasse, est maximum absurdum quod non est concedendum. Ergo necessario dicendum est, sanctum Ollegarium fuisse canonizatū, aut beatificatum, & pro tali acceptatum, & approbatum.

§. IIII.

Decretum Clementis octaui de veneratione Sanctorum.

S V M M A R I V M.

- 1 *Reliquias antiquas venerandas.*
- 2 *Priuilegium præsumptum beati Ollegarij.*

Probantur in superiori paragrapho proposita maxime quia, ut dictum est, Clemens Papa octauus in decreto cap. 11. allegato, ad nostrum propositum valde notandum, dicit, venerandos esse sanctos, non solum qui ex priuilegio & decreto sanctæ sedis Apostolicæ venerandi sunt: sed etiam illi, qui in suis capellis, ecclesijs, locis, & prouintijs venerantur, a ducentis annis, aut ab immemorabili tempore. Tum quia in hoc cap. 10. refertur, quod sacra Congregatio Cardinalium sacrosancti Concilij Tridentini interpretum, declarat, reliquias antiquas venerandas esse, prout hactenus solitæ sunt venerari.

Ex quibus nota venerandos esse sanctos antiquos, etiam si non habeant priuilegium, aut decretum à

Reliquias antiquas venerandas.

Sede

Sede Apostolica: sed satis est esse in possessione venerationis à ducentis annis, aut ab immemorabili tempore: quod æquiparatur priuilegio præsumpto, 2
acceptationi & approbationi: quale priuilegium de sancto Ollegario præsumitur, vt dictū est. Et quāuis Episcopus de eo tempore non constet ordinasse particularia officia, lectiones, responsoria, & Missā de sancto Ollegario: orationem tamen in dicto cap. 7. positam ordinarunt & approbarunt.

Priuilegiū præsumptum beati Ollegarij

§. v.

Recurrendum est ad summum Pontificem pro celebrandis officijs proprijs sancti Ollegarij.

S V M M A R I V M.

- 1 *Non incurritur censura & pœna celebrando corā eius sepulchro.*
- 2 *Concilium Tridentinum.*
- 3 *Contra Luteranos recusantes venerari imagines Sanctorum.*
- 4 *Contra noua miracula, & reliquias nouas.*

Officia propria, quæ constat non esse tunc ab Episcopis ordinata, quia post aliquot annos ab obitu dicti sancti Ollegarij fuit facta reseruatō canonizationis sanctorum, abstinerunt Episcopi ab ordinatione officiorum propriorum. Ideo ad summū Pontificem recurrēdū esse pro obtinenda celebratione illorum, & pro generali canonizatione. Dato tamen quod sit beatus, aut canonizatus, etiam ab Episcopo de illo tempore habili, de eo possunt celebrari officia diuina.

Neque

- 1 Neque aliquam censuram, aut pœnam suspensionis, aut irregularitatis incurrent diuina officia & Missas coram eius sepulchro in eodem altari celebrādo, prout quotidie celebrantur: eo maxime, quia pœnæ sunt stricti iuris, si quæ in iure reperirentur, prout nulla reperitur pœna, aut censura contra celebrantes Missas, & diuina officia in capellis, & sepulchris sanctorum ab Episcopis de illo tempore habili canonizatorum. *Non incurrit censura & pœna*
- 2 Neque obstat Concil. Tridenti. de reliq. & veneratione sancto. sess. 25. quia illud ad duo capita restrigitur. Primum est contra Luteranos, & hæreticos nostri temporis, recusantes venerari imagines & reliquias sanctorum. Secundum, contra noua miracula, & contra reliquias nouas, vel nouiter inuentas. Nostræ autem reliquiæ sancti Ollegarij nō sunt nouæ, vel de nouo inuentæ, sed à 470. annis venerari solitæ, prout supra dictum est. *Concilium Tridentinum.*
- 3 *Contra Luteranos.*
- 4 *Contra miracula noua, & reliquias nouas.*

Tanto magis, quia sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium sacrosancti Concilij Tridentini interpretum, de inuocatio. & veneratione. & reliquiis sanctorum. sess. 25. in expositione sequentium verborum, declarat, (*nec nouas reliquias recipiendas*) si uero reliquiæ sunt antiquæ, habendæ sunt in illa veneratione, qua hætenus fuerunt ueneratæ. Venerandæ igitur sunt antiquissimæ reliquiæ corporis sancti Ollegarij.

* *

CAPVT

CAPVT VNDECIMVM.

Suppositis prædictis inditijs, rationibus, & signis, an liceat sanctum Ollegarium non venerari.

SVM MARIVM.

- 1. **H**onorem nostrum non minus æstimamus, quam vitam.
- 2. Honor est de iure diuino.
- 3. Nulli licet honorem alicui debitum, & acquisitum auferre.
- 4. Beatus Ollegarius est in possessione honoris sancti canonizati, & beati.
- 5. Decretum Papæ ad venerandum sanctos à Sede Apostolica non canonizatos, si sint in possessione venerationis à ducentis annis, vel ab immemoriali tempore.

Honorem non minus æstimamus, quam vitam.

Honor de iure diuino.



DE Rea, quæ tradit & allegat Alexander in l. si victum, ff. de re iudica. honorem nostrum non minus æstimamus, quam vitam. Et ideo de iure diuino, naturali, & humano, est honor cuique in suo gradu tributus. Prouerbiorum 5. Ne des alienis honorem tuum. argumento canon. Ecce 99. dist. Ergo nulli licet hominum alicui debitum, & ac-

- 3. & acquisitum auferre: cum autem, vt probatum est, à quadringentis annis, & vltra, tot honores solis sanctis canonizatis & beatificatis competentes tribuantur, dentur, & concedantur beato Ollegario. Nulli ergo licitum est hos honores, in quorum possessione beatus Ollegarius existit, ab eo auferre sine graui periculo mortalis peccati. de his enim solus Romanus Pontifex iudex est.
- 4.
- 5. Maxime stante decreto foelicis recordationis Clementis Papæ octauæ, quo decernit, venerandos esse sanctos, non solum qui ex priuilegio & decreto sanctæ sedis Apostolicæ venerandi sunt, sed etiã illi, qui à ducentis annis, vel ab immemorabili tempore consueuerunt in suis capellis, Ecclesijs, locis, & prouintijs venerari. Corpus autem sancti Ollegarii non à ducentis annis tantum, sed a bis ducentis annis, & amplius septuaginta sex, in suo sepulchro ab omnibus Christi fidelibus veneratur. Debet igitur venerari, saltem quantum ad ea quæ assueta sunt: nec peccare existimarem, si aliqua adderem consentanea his quæ sunt assueta fieri, quæ non excederent rationem, qua consueta introducta sunt.

Nulli licet honorem alicui auferre.

B. Ollegar. est in possessione honoris sancti canonizati, et beati. Papa decretum.



CAPVT DVODECIMVM.

An septem honores Sanctorum tribuan-
tur beato Ollegario.

§. I.

*Primus honor, quod scribatur in Catalogo
Sanctorum.*

X supradictis, & præsertim cap. 6. & 7. pluribus rationibus constat beato Ollegario conuenire septem illos honores, quos Illustrissimus Cardinalis Bellarminus enumerat dicto cap. 7. quos collegit ex pluribus decretis, & dictis Sanctorum, Canonistarum, & Theologorum, præsertim ex Clementina vnica, de reliquijs. §. licet igitur.

Primus honor sanctorum canonizatorum est, quod canonizatus scribatur in Catalogo sanctorum. Ille enim præsumitur miles, qui scriptus est in matricula militum, Angel. & glos. in authent. de mandatis Principum, in §. si quidem. & ille est mercator, qui descriptus est in matricula mercatorum, Baldus in l. diximus, in fin. de excus. tut. & cap. si Romanorum 19. dist. dicitur, quod ille præsumitur de vniuersitate, qui descriptus est in Catalogo vniuersitatis. & illa præsumitur decretalis, quæ est descripta inter decre-

decretales, cap. vt veterum 9. dist. Merito igitur sanctus canonizatus scribitur in matricula & Catalogo sanctorum.

Ex his autem quæ deducuntur in sexta ratione cap. 7. constat sancti Ollegarij nomen scriptum esse in Catalogo & Kalendario sanctorum Barcinonensis Ecclesiæ: vbi probatum est sancti Ollegarij nomen esse scriptum inter sanctos in Kalendario Breuiarij Barcinonensis, sub die 6. Martij, ac in Conueta diuinorum officiorum, necnon in Litanij dictæ Ecclesiæ.

§. II.

*Sanctus inuocatur in publicis Ecclesiæ
precibus.*

Secundus honor sanctorum canonizatorum est; quod inuocentur in publicis Ecclesiæ precibus, glos. magna in verbo Sedis, de reliqu. & veneratio. sanctorum. cap. gloriosus in 6. & Innocentius in cap. audiuimus, de reliqu. & veneration. sanctor. & communiter Doctores Theologi in 4. dist. 15. Aragon. super Diuo Thoma 2. 2. quæst. 83. arti. 4. fol. 582. colum. 2. A.

Quem honorem sancto Ollegario tributum fuisse constat ex his quæ deducuntur in dicta sexta ratione: vbi expresse in publicis processionibus, & Litanij antiquis, & in Processionario antiquo, typis auctoritate Episcopi & Capituli excusso, eius sanctum nomen inuocatur sub his verbis. *Sancte Ollegari, ora pro nobis.*

§. III.

*In honorem Sanctorum dedicantur templa,
& altaria.*

Tertius honor sanctorum canonizatorum est, ut in eorum memoriam dedicerentur Deo templa, capelle, altaria, & aræ, Bellarminus ibi, argumento cap. futuram 12. quæst. 1. glos. prædicta & Doctores citati. Constat autem in memoriam dicti sancti Ollegarij erectam fuisse capellam, altare, & aram, in templo maiori Ecclesiæ Barcinonensi, cuius corpus requiescit in dicta capella ante & super dicto altari & ara, ut in 3. & 9. ratione cap. 7. dictum est.

§. IIII.

In honorem Sanctorum celebrantur Missæ.

Quartus honor sanctorum canonizatorum est, quod celebrentur Missæ, & alia diuina officia, quæ Deo offerantur publicè in honorem dictorum sanctorum, de celebrat. Missar. toto tit. Et constat de multiplici celebratione Missarum in dicta capella & altari ratione 12. d. cap. 7. licet officium proprium de dicto sancto Ollegario non celebretur. & ratione 10. ubi constat dedicatam esse campanam pro celebratione Missæ matutinalis S. Ollegarij.

§. v.

In honorem Sanctorum celebrantur festa.

Quintus honor sanctorum canonizatorum est, quod celebrentur dies festi in eorum memoria.

Bellar-

Bellarmino ibi. Constat autem de celebratione diei festi sancti Ollegarij, quod celebratur eius festum 6. Martij in eius capella, ex his quæ dicta sunt in dicta sexta ratione cap. 7.

§. VI.

*In honorem Sanctorum depinguntur & sculpuntur
figuræ & imagines.*

Sextus honor sanctorum canonizatorum est, quod depingantur & sculpantur eorum imagines, & illuminentur illorum sepulchra, corpora, reliquie, & imagines, arg. cap. sanc. de celebratio. Missa. in verb. Lumine semper præcedente, & cap. litteras eod. tit. & ibi glo. in verb. Igne. Quem honorem cumulatissime fuisse tributum dicto sancto Ollegario, constat maximè de eius sculptura, figura, & imagine, præfertim de illa quæ est in summitate illius capellæ cū diademate & corona, quod est magnum indicium suæ sanctitatis, canonizationis & beatificationis, & ex his quæ dicta sunt in tertia ratione dicti cap. 7. De illuminatione verò eius sepulchri, corporis, imaginis, & capellæ, constat in 2. 4. & 7. rationib. d. c. 7. & præludio quinto de splendoribus sanctorum §. 7. & 10. vsque ad finem.

§. VII.

De Pretiosis sepulchris & theccis pro custodiendis sanctorum reliquijs.


Septimus honor sanctorum canonizatorum est, ut eorum reliquiæ pretiosis theccis includantur, & publicè honorentur, Thomas Vualden. cap. 129.

de

de sanctis canonizandis, & cap. 130. nu. 6. Quem honorem dicto sancto Ollegario concessum, constat ex his quæ dicta sunt ferè in toto dicto cap. 7. & præsertim in tertia ratione, de sumptuosissima thecca, & sepulchro marmoreo, tribus clauibus in feris portarum affixis, ac ferrea custodia, quibus sancti Ollegarij corpus custoditur, asservatur, & tegitur, pretiosissimis pannis sericis intus & foras ornata.

Ex quibus nulla dubitandi ratio restat in animis nostris, quinimo euidenter conclusum esse credimus, dictum sanctum Ollegarium fuisse canonizatum, aut saltem beatificatum ab aliquo Episcopo Barcinonensi, aut Archiepiscopo Tarraconensi, tempore habili & Episcopis non prohibito ad canonizandum, & sanctos beatificandum.

Pro complemento tamen huius libri subtilem Digressionem aggredior.



EXQVISITISSIMA DIGRESSIO

Si facultas canonizandi Sanctos continetur sub Patrimonio Petri, videlicet sub facultatibus Petro a Christo domino datis: & quod in his Romanus Pontifex errare non possit,

§. I.

Ad extirpandas septem hæreticorum dementias:



AM in exordio huius libri de canonizatione Sanctorum in honorem beati Ollegarij, mihi in animum induxi hanc difficilem doctrinam contra hæreticos nostri temporis proponere: methodo tamen disciplinæ seruata, vltimū locum vindicare sibi visum est.

In quantam dementiam cecidere hæretici nostris temporibus, ad errores suos fouendos, his comprobatur. Omnem Romano Pontifici debitam auctoritatem & potestatem e medio tollere conantur, & nullam

nullam prorsus facultatē & iurisdictionem ei à Christo domino tributam recognoscunt. Sanctorum venerationem & inuocationem, sacrarumque imaginum vsum & reliquiarum debitum honorem & cultum negant. Ad quorum audaciam & dementiam propulsandam, sancti Patres in Concilio Tridentino congregati, inuolabili decreto antiqua sanctorum Patrum & Conciliorum decreta renouantes, de inuocatione, veneratione, & reliquijs sanctorum, deque sacris imaginibus statuerunt, sess. 25. tit. proprio. Quæ cum sint paria antecedentia & consequentia ad canonizationem Sanctorum de qua agimus, etiam hanc facultatem canonizandi sanctos, Romano Pontifici competere negant. Imo affirmant errare summum Pontificem in canonizatione Sanctorum, eiusque sententiam & iudicium esse fallibile & incertum in canonizandis Sanctis. Bellarminus loco sæpe citato cap. 9. de Sanctorum beatificatione, hanc sententiam fuisse hæreticorū Vviclef, Luteranorum, & Calvinistarum refert.

S. II.

De Christi potestate.

S V M M A R I V M.

- 1 Data est Christo omnis potestas in cælo & in terra.
- 2 Data est Christo potestas sacerdotalis.
- 3 Data est Christo potestas pastoralis.
- 4 Data est Christo potestas dimittendi peccata.
- 5 Data est Christo clavis David.
- 6 Christus est petra.
- 7 Christus canonizauit Apostolos.

Et

ET licet de singulis his septem hæreticorum demeritijs ex professo scribendum videretur, sparsim tamen in hoc tractatu de omnibus nō pauca intermisi. Ne igitur latius ab instituto proposito de Sanctorū canonizatione digrediar, primo de Christi potestate Petro collata breui oratione dicam.

1 Christus dominus Matth. vlt. de se dixit: *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra.*

Data est Christo omnis potestas in cælo & in terra.

2 De eodem Christo domino, sicut exposuit Paulus ad Hebr. 10. dixit David Psal. 109. *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.*

Potestas sacerdotalis.

3 Et de seipso Ioan. 10. dixit: *Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas.*

Potestas pastoralis.

4 Et Matt. 9. *Ut sciatis quia filius hominis habet potestatem dimittendi peccata, dixit paralytico Surge & ambula.*

Potestas dimittendi peccata.

5 De Christo variatus est Isaias c. 22. *Dabo clauem domus David super humerū eius, (idest Christi) aperiet & non erit qui claudat, claudet & non erit qui aperiat. Quam prophetiā de Christo intelligunt omnes sancti Patres dedisse Patrem Christo eius Filio clauem David.*

Clavis David.

6 Paulus 1. ad Corinth. 10. dixit de Christo: *Petra autem erat Christus.* Et loquebatur de illa petra, quæ percussa à Moyse, dedit aquam populo Hebræorū, Num. 20.

Christus est petra.

7 Idem Ioannes in Euangelio cap. 17. videtur Christum seipsum & Apostolos canonizare, & sanctum se & Apostolos declarare, per illa verba: *Sanctifico meipsum, ut & ipsi sint sanctificati in veritate.* Et infra: *Claritatem quam tu dedisti mihi, dedi eis.*

Christus canonizauit Apostolos.

Vt multo plures alias authoritates iā à me in hoc tractatu, & à pluribus alijs Authoribus, & Sanctorū dictis propositas, taceam. His tamen contentus,

R r j existi-

existimo me breuiori sermone exposuisse Christi do-
mini potestatem, quam beato Petro collatam fuisse,
sequeantibus paragraphis aperiam.

§. III.

De potestate Petro à Christo data.

S V M M A R I V M.

- 1 Omnis potestas est à Deo.
- 2 Christus dedit Apostolis & Petro primo credenti potestatem filios Dei fieri.
- 3 Potestatem filiationis per adoptionem dedit Christus omnibus fidelibus.
- 4 Christus dedit Petro maxima & pretiosa dona.
- 5 Pontificatum dedit Christus Petro.
- 6 Facultas canonizandi Sanctos.
- 7 Auctoritas Pontificatus Petri non humana, sed diuina.
- 8 Verbum fundauit Ecclesiam Romanam.
- 9 Super petram fidei.

Omnis potestas
est à Deo.

Christus dedit
Apostolis & Petro
primo credenti
potestatem filios
Dei fieri.

VT à potestate incipiamus, quia non est potestas nisi à Deo, vt affirmat Bonifacius octauus in extrau-
vnam sanctam, de maiori & obedient. dicamus cū
Ioann. cap. 1. Christus dominus dedit potestatem filios
Dei fieri his qui credunt in nomine eius. Inter Apo-
stolos in Christum primo credentes, est Petrus prior:
quia Apostoli à Christo interrogati, Matth. 16. *Quæ
dicunt homines esse filium hominis? cæteris Apostolis ta-
centibus, respondit Petrus: Alij Ioannem Baptistam,
aliy Eliam, aliy Ieremiam, aut unum ex Prophetis. Chri-
stus iterum Apostolos interpellans: Vos autem quem*

me

*me esse dicitis? solus Petrus omnium Apostolorum &
Theologorum Princeps, sic fidei professionem facit:
Tu es Christus filius Dei viui. Quam confessionem
refert Innocentius tertius in cap. maiores, de baptif.
Querenti Domino quem discipuli dicerent ipsum esse, re-
spondisse notabit: Tu es Christus filius Dei viui. Hanc
igitur potestatem concessit Apostolis & Petro pri-
mis credentibus in nomine eius, sicut idem Ioannes
affirmat in sua prima Canonica cap. 3. *Vt filij Dei no-
minemur & simus, non per naturam, sed per gratiam &
adoptionem. Quam potestatem concessit non soli Pe-
tro & alijs Apostolis, sed omnibus Christi fidelibus.
De qua Petrus in sua secunda Canonica cap. 1. dicit:
Vt diuine simus consortes nature. Ultra hanc potestatem
filiationis, (inquit Petrus) magna nobis & pretiosa do-
nauit. Quænam autem sint ista magna & pretiosa do-
na, declarat Romanus Pontifex Anacletus capit. 2.
distin. 21. incipiente, In nouo testamento: Quia (in-
quit) ipsi, scilicet Petro, primo Pontificatus in Ecclesia
Christi datus est. (sub hoc titulo summi Pontificatus
continetur facultas canonizandi sanctos.) Anacle-
tus probat hanc donationem Petro à Christo factam,
his verbis, Domino dicente ad eum: Tu es Petrus, & su-
per hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & porta in-
feri non præualebunt aduersus eam, & Tibi dabo claues
Regni caelorum. Idem affirmat Gelasius clarissime in
cap. quamuis eadem 21. dist. & in cap. ita Dominus
19. dist. Et confirmatur, nam Bonifacius octauus in
dicta extrauagan. Vnam sanctam, in penul. §. sic lo-
quitur de potestate Romani Pontificis: *Est autem hæc
auctoritas (eius data sit homini, & exerceatur per homi-
nem) non humana, sed potius diuina, ore diuino Petro da-
ta. Quod autem hæc donatio, fundatio, & dotatio***

Potestatem filia-
tionis per adop-
tionem dedit
Christus omni-
bus fidelibus.

Christus dedit
Petro maxima
& pretiosa do-
na.

Pontificatum de-
dit Christus Pe-
tro.
Facultas cano-
nizandi Sanctos.

Authoritas Pontificatus Petri non humana sed diuina. Verbum fundauit Ecclesiam Romanam.
 Ecclesie Romanæ, in qua residet sedes summi Pontificatus, quæque est de patrimonio Petri sit diuina, & non humana, exposuit Nicolaus secundus, relatus 22. distin. cap. omnes, sub his præclarissimis verbis: *Non ergo qualibet terrena sententia, sed illud uerbum per quod constructum est cælum & terra, per quod denique omnia condita sunt elementa, Romanam fundauit Ecclesiam.* De qua supra eodem cap. dixit: *Illam solus ille fundauit, & super petram fidei mox nascentis crexit, qui beato æternæ uitæ clauigero terreni simul & cælestis imperij iura commisit.* Hæc magna & pretiosa dona, & maximam potestatem summi Pontificatus donauit Christus dominus Petro: ex qua potestate Petro à Christo data, dependent cætera dona, de quibus in sequentibus dicam.

S. IIII.

De potestate sacerdotali Petro à Christo data.

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesia potest efficere quicquid est in patrimonio Petri.
- 2 Potest Ecclesia in Petro & eius successoribus exercere potestatem summi sacerdotis, & exequi potestatem summi Principis ueteris Testamenti.
- 3 Deuteronomium significat legem secundam.
- 4 Roma est locus à Deo electus.
- 5 Cardinales sunt sacerdotes Leuitici generis, & coadiutores Papæ.
- 6 Papa est Iudex supremus.
- 7 Summo sacerdoti Petro competit, quodcumque ligaueris super terram.

Vicarius

- 8 Vicarius Christi est sacerdos in æternum.
- 9 Difficile & ambiguum ad sedem Apostolicam.
- 10 Romanus Pontifex exercet authoritatem summi Pontificis, & summi Principis.
- 11 Potestas canonizandi sanctos.

Secundo loco posuimus potestatem sacerdotalem Christo a Patre datam, quam Christus dedit Petro, & sigillatim dicemus de reliquis per ordinem. Innocentius tertius cap. per venerabilem, qui filij sint legitim. dicit, quod *Sedes Apostolica potest efficere quicquid est in patrimonio Petri.* Hæc enumerantur inter magna & pretiosa dona, quæ accepit Petrus à Christo domino, & sunt de patrimonio Petri. Affirmat etiam idem Innocentius consequenter, quod *in Petro patrimonio est exercere summi sacerdotis & Pontificis authoritatem, & exequi summi Principis potestatem.* Quod autem in ueteri Testamento aliquando una & eadem persona esset Rex & Pontifex, patet canonicos 21. dist. cuius hæc sunt uerba: *Antea autem qui Reges erant, & Pontifices erant: nam maiorum hæc erat consuetudo, ut Rex esset etiam Sacerdos & Pontifex. Unde & Romani Imperatores, Pontifices dicebantur.* Hæc ibi. Et cap. 25. dist. 93. sic incipit: *Dominus noster ipse Iesus Christus Rex & Iudex & Deus noster est.* Quod infra de summo Pontifice, & de summo Principe ueteris legis intelligendum esse declarat in Petro, & eius successoribus, & Ecclesia, Innocentius exponendo uerba Deuteronom. 17. *Si difficile, aut ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, &c. si iudicium inter portas uideris uariari, uenies ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, qui iudicabunt tibi iudicij ueritatem, & facies*

Ecclesia potest efficere quicquid est in patrimonio Petri.

Potest Ecclesia in Petro et eius successoribus exercere auctoritatem summi sacerdotis, & exequi potestatem summi Principis ueteris Testamenti.

facies quaecunque dixerint qui praesunt loco, quem elegerit Dominus, sequerisque eorum sententiam, &c.

Deuteronomium significat legem secundam.

Primo enim Romanus Pontifex ibi definit hanc vocem *Deuteronomium*, significare legem secundam, ex vi vocabuli, *ut quod ibi decernitur, in nouo Testamento debeat obseruari.*

Roma est locus a Deo electus.

Secundo decernit, quod sedes Apostolica in vrbe Roma collocata, est locus quem elegit Dominus.

Cardinales sunt sacerdotes Leuitici generis, & coadiutores Papae.

Tertio declarat, quod fratres sui (nempe Cardinales, iuxta mentem Abbatis) sunt sacerdotes Leuitici generis, qui iure Leuitico in executione sacerdotalis officij sunt eius coadiutores.

Papa est Iudex supremus.

Quarto declarat, quod dominus Papa est summus sacerdos, & supremus Iudex, etiam super dictos Cardinales, qui sunt sacerdotes Leuitici generis.

Summo sacerdoti Petro commisit, quodcumque ligaueris super terram.

Quinto declarat, quod huic summo sacerdoti commisit quod dixit Dominus Petro: *Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis.*

Vicarius Christi est sacerdos in aeternum.

Sexto declarat, quod iste summus sacerdos est Christi domini Vicarius, qui est sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech, constitutus a Deo iudex uiuorum & mortuorum.

Difficile & ambiguum ad se de Apostolica.

Septimo declarat, quod quando aliquid difficile, vel ambiguum occurrerit, ad iudicium sedis Apostolicae recurrendum esse.

Romanus Pontifex exercet auctoritatem summi Principis, & summi Principis.

Octauo dicit, quod Romanus Pontifex & summi Pontificis auctoritatem exercet, & summi Principis exequitur potestatem. Hanc doctrinam confirmo cap. 3. de constituto, ibi: *Translato sacerdotio necesse est ut legis translatio fiat.* De potestate sacerdotali ordinis & iurisdictionis, Petro & reliquis Apostolis a Christo data: & quod Petrus est omnium Apostolorum maior, Princeps, & Praelatus, late dictum est supra

supra, capite quarto ferè per totum.

Ex quibus satis abundè probatum existimo potestatem sacerdotalem dedisse Christum Petro eius Vicario, & successoribus suis. Potestas canonizandi sanctos sub hoc titulo de summa sacerdotali potestate continetur: maxime quia cum sit difficilis causa & dubia, ad sedem Apostolicam recurrendum est, & ad sacerdotes Leuitici generis, ac ad summum sacerdotem, & iudicem supremum, qui iudicij veritatem iudicabit, ut Vicarius Christi, qui Ioann. 18. *Ad hoc venit in mundum, ut testimonium perhibeat veritati.*

Potestas canonizandi sanctos.

§. v.

De potestate pastoralis Petro a Christo data.

S V M M A R I V M.

- 1 *Pasce oves meas, dixit Christus Petro.*
- 2 *Suscitabo super vos pastorem David.*
- 3 *Quis est iste pastor.*
- 4 *Romanus Pontifex est pastor.*
- 5 *Autoritas canonizandi sanctos.*

I Potestatem pastorem, de qua dixit Ioann. cap. 10. *Ego sum pastor bonus*, etiam Petro eius Vicario dedit Iesus, cum dixit ei: *Pasce oves meas*, Ioann. 21. Oves Christi pascendas committas Petro eius pastori & Vicario, refert Bonifacius in extraua. Vna sanctam, de maiorita. & obedient. dicens: *Vnum est caput Ecclesiae, videlicet Christus, & Christi Vicarius Petrus, Petrique successor, dicente Domino ipsi Petro, Pasce oves meas.* Causa autem cur Christus Petro oves commendauit fuit trina confessio dilectionis, & amoris

Pasce oves meas.

amoris, ad trinam interrogationem Christi: *Simon Ioannis dilige me plus his. Tu scis Domine quia amo te.* cap. imitare Petrum 6. quæst. 1. sunt verba notatu digna: *Imitare Petrum tertio alibi dicentem, Domine tu scis quia diligo te: etenim quia tertio negauerat, tertio confitetur: sed negauerat in nocte, confitetur in die.* Hæc ibi.

Suscitabo super vos pastorem Dauid.

De Christo pastore interpretantur sancti Patres 2 verba Ezechielis 34. iuxta glos. ordinariam. *Suscitabo super vos pastorem unum, qui pascat oves seruum meum Dauid: ipse pascet eos, ipse erit eis in pastorem: ego autem Dominus ero eis in Deum, & seruus meus Dauid Princeps in medio eorū.* Loquitur (inquiunt) Pater æternus ad Hebræos de Christo sub nomine Dauid, quæ vocat seruū, ratione humanitatis, pastorem & principem. Quem locum, sequendo analogiam, & rationem datam ab Innocentio tertio cap. per venerabilem, superiori paragrapho adnotatā, vt quod in veteri Testamento decernitur, in nouo debeat obseruari, non erit abs re interpretari de domino Iesu Christo Deo nostro viuo & vero, dicente ad congregationem iustorum Ecclesiæ: *Suscitabo super vos pastorem unum*, videlicet Romanum Pontificem, Vicarium successorem Petri, sub figura & nomine Regis & pastoris Dauid. Ipse Romanus Pontifex pascit nos oves: ipse verus pastor & Princeps in medio Ecclesiæ, qui non dedignatur vocari seruus: sed seruus seruorum Dei, gloria in cap. domus Apostolicæ, de elect. in extrauagan.

Roman. Pontif. est pastor.

Authoritas canonizandi SS.

Sub hoc etiam titulo de pastore continetur 5 authoritas canonizationis sanctorum. Pastor enim nō solum pascit oves cœlesti doctrina, de his quæ ad salutem ouium pertinent: sed etiam dirigit oves per sancto-

sanctorum canonizatorum exempla, vt ad caulam perducatur æternam, & etiam vt a luporum & hæreticorum insidijs defendatur, qui negant hanc potestatem canonizandi Sanctos.

§. VI.

De potestate dimittendi peccata Petro à Christo data.

S V M M A R I V M.

- 1 Qui tollit peccata mundi.
- 2 Miraculo comprobatur.
- 3 Christus dedit Petro facultatem dimittendi peccata.
- 4 Sententia canonizationis sanctorum quid operatur.
- 5 Quoties dimittenda sunt peccata.
- 6 Apostolis dedit Christus facultatem dimittendi peccata.
- 7 Ligare & soluere in canonizatione sanctorum.
- 8 Soluere nodos in canonizatione sanctorum.
- 9 Aperire secretum, est soluere nodum.

- 1 I Oannes cap. 1. referens verba Baptistæ, dicit de Christo domino: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*, qui cum sanasset paralyticum, & dixisset ei: *Remittuntur tibi peccata tua*, Matth. 9. & Lucæ 5. admirati fuerunt Pharisæi, dicentes: *Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?* Quibus respondit: *Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata*, ait paralytico: *Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.* Quam veritatem miraculo statim comprobauit: quia surrexit paralyticus sanus, & abiit, tollens lectum suum, in domum suam. Hanc

Qui tollit peccata mundi.

Miraculo comprobatur.

§s j pote-

Christus dedit
Petro facultatem
dimittendi
peccata.

potestatem dimittendi peccata dedit Christus dominus Petro, Matthæ. 16. dicens: *Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in caelis.* Hanc auctoritatem refert Gelasius Papa cap. quamuis 21. dist. cum antecedentibus verbis: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo clauis regni caelorum, & quodcumque ligaueris super terram erit ligatum & in caelis, & quodcumque solueris super terram erit solutum & in caelis.* Per sententiam canonizationis Sanctorum, declarat Romanus Pontifex solutum esse in caelo & in terra, quod antea erat ligatum in caelo & in terra, vt infra dicitur. De hac potestate dimittendi peccata, Petro Ecclesie Principi concessa, dicit Romanus Pontifex in extrauag. Vnam sanctam, de maiorita. & obediens. *Nosque hanc firmiter credimus, & simpliciter confitemur, extra quam nec est salus, nec remissio peccatorum.* Hæc ibi. Matthæ. cap. 18. petit Petrus a Christo domino: *Quoties peccabit frater meus, & dimittam ei usque septies? Cui respondit Christus: Non dico tibi usque septies, sed usque sexagesies septies.* Hanc eandem potestatem dimittendi peccata, post resurrectionem concessit Iesus & cæteris Apostolis, Ioan. 20. dicens: *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittentur eis, & quorum retinueritis retenta sunt.* Facultatem dimittendi peccata, cap. loquitur 24. q. 1. concessit Christus Petro, & postea omnibus Apostolis. *Sicut misit me pater, & ego mitto vos, accipite Spiritum sanctum, vt patet ibi. cap. noua quedam, de poenitentia, & remissio peccat. Solus Deus potest peccata dimittere auctoritative, Petrus vero, cæteri Apostoli, & eorum successores*

Sententia canonizationis sanctorum quid operatur.

Quoties dimittenda sunt peccata.

Apostolis dedit Christus facultatem dimittendi peccata.

Sancti dicitur in

Caput
duodecesimum

- cessores ministerialiter. Nunc ad nostrum propositum de canonizatione Sanctorum redeamus.
- 7 His duobus verbis, *Soluere & Ligare*, vsus est Gregorius, relatus in cap. sicut 15. dist. contra Theodorum hæreticum, reprehendentem beati Cyrilli vitam & fidem. Vbi post quatuor Conciliorum generalium & quinti approbationem, quæ fatetur se venerari & suscipere, sicut sancti Euangelij quatuor libros, hæc propria refert verba: *Cunctas verò quas præfata veneranda Concilia personas respuunt respuo: quas venerantur amplector, quia dum vniuersali sunt consensu constituta, se & non illa destruit quisquis præsumit aut soluere quos religant, aut ligare quos soluunt.* Ibi nullum verbum de potestate dimittendi peccata, imo soluere, & ligare alium sensum referunt: *Soluere*, idest laxare quos religant, idest obligant sacra Concilia: aut *ligare*, idest obligare quos soluunt, idest quos non obligant.
- 8 Tum quia Bonifacius octauus de reliq. & ueneratione Sanctor. lib. 6. inter plura mirabilia, quæ de Ecclesia & Romano Pontifice refert, est hoc vnum, quod *soluit nodos.* Soluere nodos est laxare, aperire, & declarare secreta, quæ sub nodis continentur. Strictus nodus est, & valde difficilis solutionis declarare venerandum esse in terris Sanctum, quem sub nodo, idest sub secreto Dei iudicio, erat ligatum in caelis, quem secreti nodum solus Romanus Pontifex potest laxare, & soluere.
- 9 Dico ergo, quod ante sententiam canonizationis Sanctorum, ligatum, nodatum, & secretum erat in caelo, & in terra, hunc, videlicet Franciscum, aut Dominicum esse sanctum: per canonizationis uero sententiam declarat Romanus Pontifex solutum esse

Ligare & soluere in canonizatione Sanctorum.

Soluere nodos in canonizatione Sanctorum.

Aperire secretum est soluere nodum.

esse secreti nodum in coelo, & in terra: hoc est Sanctum honorandum esse in terris, quem Deus glorificauit in coelis.

§. VII.

De clauibus Petro à Christo datis.

S V M M A R I V M.

- 1 Clauis Dauid promissa Christo.
- 2 Interpretatio loci.
- 3 Clauis dedit Christus Petro.
- 4 Romanum Pontificem nullus redarguere praesumat.

Clauis Dauid
promissa Christi.

Promisit Pater aeternus cap. 22. per Isaiam, daturum se Christo eius filio *clauem Dauid super os merum eius.* (*Aperiet, inquit, & non erit qui claudat, & claudet & non erit qui aperiat.*) Hæc clauis est dominium & potestas sedis Regalis, quam habebat Rex Dauid. Quod clare expotuit Angelus Gabriel Luca 1. *Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur, & dabit illi dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnauit in domo Iacob in aeternum, & regni eius non erit finis.* Hæc iurisdictio regia est clauis Dauid, quam dedit aeternus Pater Christo eius filio. Hanc interpretationem exponit Ioannes Apoca. 3. eisdem ferè verbis, quibus vsus est Propheta, dicens: *Hæc dicit sanctus, (idest Christus) qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit.* Vbi Ioannes cap. 1. refert verba Christi, dicentis: *Habeo clauis mortis & inferni.* & cap. 9. dicit: *Data est mihi clauis putei.* & infra affirmat Ioannes, quod *aperuit puteum abyssi.* Clauis igitur habet Christus sibi à Pa-

Interpretatio loci.

tre

tre datas. Quas eisdem authoritatibus potest inferri Christum dedisse Petro: maxime per illa verba Matthæ. 16. *Et tibi dabo clauis regni caelorum, & quodcunque ligaueris super terram erit ligatum & in caelis, & quodcunque solueris super terram erit solutum & in caelis.* Habet igitur Romanus Pontifex, ut Petri successor, clauis regni caelorum & Ecclesiæ, sibi à Christo datas. his clauibus referat in terra per decretum canonizationis Sanctorum, quod clausum & secretum erat in caelis, quem Nicolaus secundus 22. dist. cap. 1. appellat *Clauigerum, cui terreni simul & caelestis imperij iura commisit.* Nec recognoscit Romanus Pontifex alium in terris superiorem, cap. si Papa 40. dist. *Nullus mortalium redarguere praesumat: quia curtos ipse iudicaturus, à nemine est iudicandus.* In annotatione ex c. 12. Iob desumpta: *Si destruxerit nemo est qui aedificet, si clauserit nemo est qui aperiat.* Et infra de Petro dicit: *Cæli, terraque retinet habenas.* Et inferius: *Quia dixit Petro Dominus: Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam &c. & tibi dabo clauis regni caelorum.* Hanc promissionem Christus adimpleuit cum dixit ei, Ioan. 21. *Pasce oves meas.* Clauis igitur regni caelorum & Ecclesiæ continentur sub patrimonio Petri, maxime ad canonizandum Sanctos.

Clauis dedit
Christus Petro.

De canonizatione

Romanum Pontificem nullus
redarguere praesumat.

§. VIII.

De Petra, & Petro.

S V M M A R I V M.

- 1 Paulus verus interpret veteris Testamenti.
- 2 Petra dedit abundantiam aquarum.

Petra

- 3 *Petra autem erat Christus.*
 4 *Cephas quid significat.*
 5 *Sacramentalia & caeremonialia veteris Testamenti.*
 6 *Petrus est Petra.*
 7 *Veritatem canonizationis Sanctorum conficit Romanus Pontifex super hanc petram.*
 8 *Quare Petrus dicitur petra.*

*Paulus veteris
Interpretis veteris
Testamenti.
Petra dedit abun-
dantiam aquarum.*

Verus interpretis veteris Testamenti i. ad Corint. 10. loquendo de petra, quae percussa a Moyse, dedit Hebraeis aquarum abundantiam: ad quem dixerat Deus: *Loquimini ad petram*, Num. 20. de qua loquitur David Psalmo 113. *Qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.* De hac petra Romanus Pontifex cap. in quadam nostra, de celebratio. Missar. sic loquitur, interpretando etiam figuram veteris Testamenti de Christo petra: *Sed non vera fuisse figura, quae super hac re precessit in veteri Testamento, quando Moyses virga percussit silicem, & ex ea non plegeta, sed aqua mandavit.* De qua Paulus dicit: *Petra autem erat Christus. Quem Lapidem angulare* appellat Nicolaus, relatus in cap. fundamenta, de electio. lib. 6. translatus ex 1. Pet. cap. 2. *Ecce pono in Sion lapidem summum angulare electum & pretiosum.* (In Hebraeo legitur *Cephas*, vt referunt qui callent lingua Hebraea & Syriaca, pro quo editio vulgata transtulit *Petra.*) ibi dixit Paulus: *Omnia in figura contingebant illis.*

Petra autem erat Christus.

Cephas quid significat.

Sacramentalia & caeremonialia veteris Testamenti.

Et licet sacramentalia, & caeremonialia cessauerint, & moralia ex veteri Testamento remanserint, vt affirmat glosa in cap. non est peccatum. S. his itaque 6. dist. omnia tamen, tam sacramentalia, quam caeremonialia, in figura contingebant Hebraeis, quia sunt figurae & instructiones eorum, quae ad legem secundam,

- secundam, quam appellamus gratiae, spectant, vt dictum est supra S. de sacerdotali potestate.
 Quæro ergo, Est ne Petrus petra? maxime. Nunc Ioan. i. dicit ei Christus: *Tu es Simon filius Ionae? Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.* Referunt interpretes linguae Hebraeae, quod hæc vox *Cephas*, est masculini generis, & ideo non legit editio Vulgata, quod Christus dixit Simoni: *Tu es petra, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam*, Matth. 16. sed *Petram*, hoc est *Cephas* in genere masculino transtulit in Petrum, dicens: *Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam.* cap. 32. 24. quæst. 1. Quia ex sola Ecclesia Catholica veritas conficitur. & intra: *In petra Moyses ponitur.* Exod. 33. et De speciem contempletur. Super hanc petram ascendit Romanus Pontifex ad conspiciendam veritatem de canonizatione Sanctorum: sicut Moyses ad videndam faciei Domini transeuntis gloriam. In cuius nomine dixit David: *Statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos.* Psalms 39. Et infra in eodem textus *Super hanc petram (dicit Dominus) edificabo Ecclesiam meam: maxime quia cap. omnibus ead. 24. quæst. 1. Domus Dei dicitur edificari super petram.* Romanus Pontifex in extrauag. Vnam sanctam, de maioritar. & obedient. loquendo de Christo & Petro, Petrum appellat *Petram firmatam.* Verba textus: *Quem confessus fuit petra firmata. & c. fidelior factus est Petrus postquam fidem se perdidisse desleuit.* dist. 50. dicitur: Denique pro soliditate deuotionis Ecclesiarum, *Petrus petra dicitur, sicut ait Dominus: Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Petra enim dicitur, eo quod primus in nationibus fidei fundamenta posuerit, & tanquam saxum immobile, totius corporis Christi.*

Petrus est petra.

Veritatem canonizationis SS.

Quare Petrus dicitur petrus. *Stabilitatis compagem, molemq̄ue contineat. hæc ibi. & 8 cap. sacrosancta 22. dist. Tu es Petrus &c. erit solutum & in cælis. Et infra: Ut reliquis omnibus præesset, & cephas, idest caput & principium teneret. Apostolatus. Idem significatur nomine cephas, petra, & Petrus: Cephas, inquit, est ingens petra, siue saxum, aut scopulum pro fundamento positum, ad immensum & magnum sustentandam ædificium, quod est Ecclesia. Petrus igitur autoritate Christi domini est cephas, idest petra magna, & super hanc petram ædificauit Christus Ecclesiam suam.*

S. VIII.

De potestate canonizandi Sanctos Petro à Christo datam.

S. V. M. M. A. R. T. V. M.

1. *Sanctitas essentialis & participata.*
2. *Ad solum Deum pertinet sanctificare, & dimittere peccata.*
3. *Romanus Pontifex non dat gratiam, aut gloriam.*
4. *Christus sanctificat seipsum & Apostolos.*
5. *De claritate eterna Christo à Patre data.*
6. *Quid intelligatur nomine claritatis.*
7. *De claritate à Patre data Christo homini.*
8. *Christus clarificat Patrem.*
9. *De claritate Apostolis à Christo data.*
10. *Christus clarificauit Apostolos.*
11. *Apostoli potuerunt Sanctos canonizare.*
12. *Sanctos canonizatos proponit scriptura imitandos & laudandos.*
13. *Communio Sanctorum inuocandorum.*

Cano-

14. *Canonizare Sanctos ad sedem Apostolicam remittitur.*
15. *Ad sacerdotes Leuitici generis.*
16. *Summus sacerdos est omnium orium Christi pastor.*
17. *Christus prouidus & nobilis pater familias.*
18. *Figura de Rege Persarum.*
19. *Canonizare libros sacre scripturæ.*
20. *Christianus ueneratur Sanctos à Papa canonizatos.*
21. *Conclusio est de fide.*

EX dictis in præcedentibus paragraphis constat facultatem canonizandi Sanctos contineri sub patrimonio Petri, ut in singulis dictum est. Pro maiori tamen rei euidencia dico, quod Præludio quarto huius libri probatum est, sanctitatem & beatitudinem primo & per se essentialiter dici de Deo: participatam uero sanctitatem dici de creaturis, per gratiam sibi à Deo collatam, uidelicet Angelis & hominibus in illa coelesti & triumphanti curia existentibus, & uiatoribus hominibus in hac militanti Ecclesia certantibus. Et quamuis ad solum Deum pertineat sanctificare & beatificare, Psalm. 83. *Gratiam, & gloriam dabit Dominus*, sicut & dimittere peccata, quæ ad solum Deum essentialiter & authoritatiuè, ministerialiter tamen, & certo ineffabili modo ad Petrum, & ad eius successores pertinere uisum est: non quod Romanus Pötifex det gratiam, aut gloriam: sed ineffabili quodam modo deprecatiue, & quasi dispositiue, ac ministerialiter dimittendo peccata, quæ non dimittuntur, nisi accedente gratia. Per canonizationem autem decreto Romani Pötificis declaratam, augetur gloria Sãctorum, ut dictum est Præludio quarto pagina 17. Christus dominus Ioan. 17.

Tt j seipsum

Sanctitas essentialis & participata.

Ad solum Deum pertinet sanctificare, et dimittere peccata.

Romanus Pötifex non dat gratiam, aut gloriam.

*Christus sancti-
ficat seipsum et
Apostolos.* seipsum & Apostolos canonizare, & sanctum se & 4
Apostolos declarare apparet, sub his verbis: *Sancti-
fico meipsum, ut sint & ipsi sanctificati in veritate.* Et in-
fra: *Claritate quam tu* (loquitur cum æterno Patre) 5
dedisti mihi, dedi eis. Hoc certissimum est, q̄ Chri-
stus nō dedit Apostolis claritatem essentialē, quā 6
accepit à Patre per æternam generationē. Siue per
claritatem intelligas diuinæ essentialis clarā visio-
nem, in qua sicut in speculo sine macula clarissime
representantur omnia, siue gloriam, siue omni-
potentiam, excellentiam, candorem lucis æternæ,
maiestatem, cognitionem, notitiam, sapientiam,
scientiam, aut intelligentiam: hæc enim omnia pos-
sunt significari nomine claritatis. Claritatem Dei
extollit Sapiens cap. 7. de Sapientia verba faciens:
*Vapor est enim virtus Dei, & emanatio quedam est cla-
ritatis omnipotentis Dei.* Et infra: *Candor est enim lu-
cis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis, &
imago bonitatis illius.* Quæ de Christo exponit Paulus
ad Hebr. 1.

*De claritate a
Patre data
Christi homini.* Aliam claritatem dedit Pater Christo homini, qua 7
Pater Filium clarificauit, miraculis, passione, resur-
rectione, ascensione, corporis glorificatione, & no-
minis exaltatione. Christus verò clarificauit Patrem, 8
manifestando hominibus illius ineffabile nomen,
æternitatem, gloriam, omnipotentiam, maiestatem,
& reliqua attributa diuina. Claritas Christi est po-
testatis excellentiæ dignitas, de qua potestate dixit
Christus Matth. vlt. *Data est mihi omnis potestas in cœ-
lo & in terra.*

*De claritate A-
postolis a Chri-
sto data.* Neque hanc claritatem, aut potestatem excellē- 9
tiæ dedit alicui Christus dominus: sed aliam claritatem & potestatem ab hac dependentem dedit Chri-
stus

stus Apostolis suo modo similē & eiusdem speciei:
de qua Paulus 2. ad Corinth. 3. dicit: *Nos verò omnes
(ministri noui Testamenti) reuelata facie gloriam Do-
mini speculantes in eandem imaginem transformamur à
claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritu, vi-
delicet à claritate Christi, in claritatem Apostolis à*
10 *Christo datam, qua clarificantur Apostoli gratia, &
potestate, miraculorum operatione, fidei, spei, &
charitatis cognitione, & notitia scripturarum, sa-
pientia, scientia, & intelligentia rerum cœlestium,
diuinarum, & humanarum reuelata. Hanc clarita-
tem dedit Christus Apostolis: quia sicut Christus de-
clarauit se & Apostolos sanctos, sic Petrus & cæteri*
11 *Apostoli possunt sanctos declarare & canonizare, &
vigore potestatis, & claritatis sibi à Christo datæ.
Hanc potestatem canonizandi sanctos Petro à Chri-
sto datam fuisse, & sub patrimonio Petri contineri
quis dubitat?*

12 *Scriptura sacra proponit nobis Sanctos canoni-
zatos, ut dictum est cap. 2. §. 2. in hoc libro. Ecclesia-
sticus cap. 44. Sanctos canonizatos laudat, dicens:
Laudemus viros gloriosos, & parentes nostros. Et infra:
Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum
viuit in generationem & generationem: sapientiam ip-
sorum narrent populi, & laudem eorum nuntiet Ecclesia.
hæc ibi. Quos tanquam exemplar, & lucernas su-
per candelabrum proponit nobis Ecclesia, ad He-
bræ. cap. 13. Mementote præpositorum vestrorum, qui
locuti sunt vobis verbum, quorum intuentes exitum con-
uersationis imitamini fidem.*

13 *Item Ecclesia proponit nobis de fide Sanctorum
communione, ex Symbolo Apostolorum. Item
Sanctos inuocandos & venerandos esse, eorumque*
Tt ij reliquias

*Christus clarifi-
cauit Apostolos;**Apostoli potue-
runt Sanctos ca-
nonizare.**Sanctos canoni-
zatos imitandos
& laudandos.**Communio San-
ctorum.*

reliquijs & imaginibus debitum honorem, venerationem & cultum tribuendum & impartiendum esse mandat Ecclesia. §. 18. c. 5. huius libri.

Si dicit hæreticus hunc articulum de canonizatione Sanctorum esse valde dubium, arduum & difficilem, responsum habes in §. de potestate sacerdotali, qui quantumuis difficilis & dubius sit iste articulus, ad sedem Apostolicam debet remitti, ad sacerdotes ¹⁴ Levitici generis, ac ad summum sacerdotem, qui est ¹⁵ Romanus Pontifex Petri successor, qui iudicabit tibi iudicij veritatē, vt facias quæcunque dixerit: eiusque sententiam sequendam mandat Dominus. Iste ¹⁶ summus sacerdos est omnium Christi ouium pastor, vices Dei gerens, qui etiam peccata dimittit, qui habet potestatem ligandi in coelo quæcunque ligauerit super terram. Hic habet clauēs regni coelorum. Hic est petra super quam ædificauit Christus Ecclesiam suam, *quam acquisiuit non corruptibilibus auro & argento, sed pretioso sanguine suo*, 1. Pet. 1. Qui est ¹⁷ prouidus & nobilis pater familias, Luc. 19. qui *in regionem longinquam profecturus*, videlicet coelorum cacumina trāscendens, ad dexteram Patris sessurus, vicarium sibi constituit, ad oues suas pascendas, gubernandas, & regendas, cum plenissima facultate. Sicut legitur de Rege Persarum, qui dicebatur Rex ¹⁸ Regum, qui constituit Esdrā vniuersalem vicariū suum ad regendum plebem Iudæorum, (qui figuratim representabant fidelem legis notæ Christianorum plebem) cæterosque sibi obtemperaturos iudices, dicens: *Tu autem Esdra (cui correspondet Romanus Pontifex in lege gratiæ) secundum sapientiam Dei tui, quæ est in manu tua, constitue Iudices* 1. Esdr. cap. 7. Quis dubitat hanc figuram intelligendā & ap-

Canonizare Sæ
Eos ad sedem
Apostolicam re
mittitur.

Ad sacerdotes
Leuitici generis

Summus sacer
dos est omnium
Christi
pastor.

Christus pater
familias.

Figura de Re
ge Persarum.

& applicandam esse Romano Pontifici? Ad Romanum Pontificem pertinet decernere iudicij veritatē, tam in canonizatione Sanctorum, quam in reliquis ad fidem pertinentibus, vt probatum est.

19 Ad eundem Romanum Pontificem pertinet canonizare libros ad sacram scripturam a Deo reuelatam pertinentes, & decernere quænam sit catholica & sana doctrina, & quænam dubia, ac de hæresi suspecta, & quinam sint hæretici ab Ecclesia reiecti, cap. sancta Romana Ecclesia 15. dist. Concil. Trid. sess. 4.

Canonizare li
bros sacre Scri
pturæ.

20 Ergo ad eundem Romanum Pontificem pertinet decernere qui sunt illi sancti in gloria cum Christo regnantes, quos Ecclesia proponit venerandos & inuocandos esse, & ad communionem sanctorum pertinere, vt infra etiam dicitur. Quos sanctos veneraretur & inuocaret Christianus, si dominus Papa per hunc canonizationis articulum non declararet, tūquam de fide, & per sententiam diffiniret Gregorium, Ambrosiū, Augustinum, & Hieronymum, Dominicum, Franciscum, Raymundum, & alios esse sanctos viros gloriosos cum Christo regnantes?

Venerantur SS
a Papa canoni
zatos.

21 Potestatem igitur canonizandi Sanctos Petro a Christo datam, nullus inficiatur: imo tanquam conclusionem de fide tenendam affirmamus, ex his quæ in superioribus dicta sunt, dum de pertinentibus ad patrimonium Petri agebamus. Illa enim omnia ad probationem huius paragraphi dicta sunt.

Conclusio est de
fide.

§. x.

Sequentia antecedunt ad probandum, quod Papa non potest errare in canonizatione Sanctorum.

S V M M A R I V M.

- 1 Recensentur personæ & res, quæ in canonizatione Sanctorum intersunt.
- 2 Deus assistit in canonizatione Sanctorum.
- 3 Romanus Pontifex.
- 4 Cardinales.
- 5 Auditores Rotæ.
- 6 Aduocati Consistoriales.
- 7 Doctores Theologi, & Auditores Cardinalium.
- 8 Qui iudicio Ecclesiæ præsent.
- 9 Personæ instantes canonizationem Sanctorum.
- 10 Testes quales.
- 11 Res quæ interueniunt in canonizatione Sanctorum.
- 12 Hæretici in testibus insigunt dentes.

Recensentur personæ & res quæ in canonizatione S. intersunt

H Actenus de his quæ sunt in patrimonio Petri, quæ sunt magna & pretiosa, quæ Christus donauit Petro, dictum est. Nunc superest vt probemus Romani Pontificis sententiam & iudicium non esse fallibile & incertum, sed infallibile & certum, ad canonizandum Sanctos, & quod in his Papa non potest errare, sicut proposuimus §. 1. in hac digressionem.

A sufficienti enumeratione eorum, quæ in canonizatione Sanctorum interesse solent, probatur Romanum Pontificem non posse errare canonizando Sanctos.

In canonizatione sanctorum assistit omnipotens Deus, non solum (vt dicunt Theologi) per illam generalem assistentiam, qua Deus est vbique presentiam, præsentiam, & potentiam, vt probatur Ierem.

Deus assistit in canonizatione Sanctorum,

rem. 23. Nunquid non cælum & terram ego impleo, sed etiam per singularem & specialem modum ineffabilem assistit Deus in canonizatione Sanctorum, vt infra dicitur §. 13. & sequentibus.

- 3 Item assistit in canonizatione Sanctorum Romanus Pontifex, tanquam iudex supremus, Christi domini Vicarius. *Romanus Pontifex.*
- 4 Item assistunt eius Illustrissimi assidentes, coniudices, & coadiutores, sacerdotes Leuitici generis, Apostolorum officio fungentes Cardinales Episcopi, presbyteri, & diaconi. *Cardinales*
- 5 Item in canonizatione Sanctorum requiruntur vota grauissimorum Rotæ Romanæ, & sacri Palatii Apostolici Doctorum. *Auditores Rotæ.*
- 6 Consistoriales & Regij Aduocati de Sancti canonizandi, & sui processus meritis instructi informant, iuris & facti memorialia conficiunt, terminos iuris obseruari ad vnguem procurant, supplicationes, petitiones & cedulas cum legitimis protestationibus, pro canonizationis decreto obtinendo, & ad repellenda Fiscalis dicta construunt. *Aduocati Consistoriales.*
- 7 Doctores in sacra Theologia & in vtroque iure Cardinalium Auditores ad aurem consultores assistentes in curia Romana, qui est locus quem elegit Dominus, canonizationi Sanctorum etiam insistant. *Doctores Theologi & Auditores Cardinalium.*
- 8 Isti omnes præsent iudicio Ecclesiæ mediatè, vel immediatè iudicando, vel consulendo; qui tenentur seruare formam præscriptam capite quinto §. 6. 7. & 8. *Qui iudicio Ecclesiæ præsent.*
- 9 Iudicio Ecclesiæ, etiam extra Romanam Curiam, præesse dicuntur locum & vocem habentes in Concilijs Generalibus & Prouincialibus, vt Primates, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Canonici, & Capi-

Capitula Ecclesiarum senatus, Abbates, Priores seculares & regulares, ceterique Prælati, eorum Officiales, Vicegerentes, Proutiores, Vicarij generales, Assessores, & Consultores. Hos omnes comprehendit D. Thomas sub illis verbis. *Qui iudicio Ecclesie præsumunt, ut dicitur §. 13.*

Persona instantes canonizationem.

Personæ instantes canonizationem sunt Imperatores, Reges, & Principes, Ecclesiarum Primates, Episcopi, Canonorum Capitula, & eorum Assessores, Iudices, & Advocati, venerabilis Clerus, nobilissimi, excellentissimi, & illustrissimi Regū & Proutiarum Magnates, Deputati, & Equites, Principatum & ciuitatum Rectores, Consiliarij, Reipublicæ proceres, gubernatores, & administratores, & vtriusque sexus pij, ac religiosissimi viri, ac deuotissimæ Moniales, ceterique probi homines, ac mulieres deuotæ illarum partium habentes notitiam de sanctitate & miraculis illius sancti, de cuius canonizatione agitur.

Tesseres quales

Ex quibus assumuntur tesseres omni exceptione maiores, nobilitate, litterarum eruditione, senectute, probitate, fide, veritate, & omnium virtutum genere clarissimi, de quibus plura in hoc tractatu dicta sunt. In hac verò digressionem ea tantum proponuntur, quæ necessaria videntur ad hunc effectum canonizationis Sanctorum.

Res quæ interueniunt in SS. canonizationem.

Canonizationi etiam sunt necessaria acta, iura, & restium dicta processus, ad veridicam probationem faciendam de sanctimonia, bonis moribus, per totum Sancti canonizandi vitæ curriculum illustrata: de eius miraculis dum hac luce fruebatur, & post eius obitum patris: de frequenti populorum ad eius sepulchrum concursu: de deuotione, veneratione, & inuocatione:

12 uocatione, quæ ut plurimum ad Sanctorum canonizationem requiruntur. In quibus hæretici suos mordaces dentes infigunt, falso afferentes Romani Pontificis iudicium esse fallibile & incertum, & ideo posse errare: quod impium dogma sequentibus impugnavo.

Hæretici in testes infigunt dentes.

§. XI.

Error potest contingere vel ex malitia, vel ex ignorantia.

S V M M A R I V M.

- 1 Errorem approbat qui ei non resistit.
- 2 Veritas opprimitur cum non defensatur.
- 3 Error ex malitia.
- 4 Error ex ignorantia.

VT ab Innocentio incipiamus, (cuius verba mouerunt viscera mea ad dicendum contra hæreticos, qui negant facultatem Romani Pontificis ad canonizandum Sanctos) induco text. in cap. error 83. dist. *Errorem approbat qui ei non resistit: veritas autem opprimitur cum minime defensatur.* hæc ibi. In errorem potest aliquis incidere vel ex malitia, vel ex ignorantia. Ex malitia incidunt in errorem pertinales in suis opinionibus, ut probatur cap. litteras ult. de celebrat. Missar. ibi: *Cum ex aperta malitia, vel nimia decipientia peccasse probetur.* Ex malitia etiam peccant & errant sacrorum canonum violatores, ut probat text. in cap. violatores 25. quæst. 1. quia (inquit textus) *blasphemant in Spiritum sanctum, cuius instinctu, dono, nutu, & gratia conditi sunt.*

Errorem approbat qui ei non resistit. Veritas opprimitur cum non defensatur.

Vu j

Error

Error ex malitia.
Error ex ignorantia.

Error ex malitia est approbare falsum pro vero, 3
vt definitur cano. quamuis 38. dist.

Errare autem ex ignorantia est vnum pro alio putare, cap. in quibus 22. quæst. 2. & talis error ex ignorantia sine pertinacia leuissimum peccatum esse ibi definitur, nisi esset ignorantia crassa, quæ ad malitiam reduci posset: tunc enim esset error damnabilis. Nunc ad propositum in canonizatione Sanctorum nullus error, aut ignorantia interesse potest, vt ex sequentibus probatur.

§. XII.

In Deo non est error, malitia, aut ignorantia, neque in Ecclesia.

S V M M A R I V M.

- 1 Deus est summa veritas. In eo sunt omnes thesauri sapientie, & scientie.
- 2 A veritate omnis fallacia est aliena.
- 3 In Deo non potest esse malitia, aut error.
- 4 Deus est summum bonum.
- 5 In Deo non potest esse error ex ignorantia.
- 6 Nec in Ecclesia eius sponsa.
- 7 Promissa Dei sunt certa & infallibilia.

Deus est summa veritas. In eo sunt omnes thesauri sapientie, & scientie.

Superiori paragrapho decimo Deum enumerauimus inter personas quæ solent interuenire in canonizatione Sanctorum, qui cum sit prima, summa, infinita, & perfectissima veritas, in eo, & per consequens in Christo sunt omnes thesauri sapientie, & scientie, ad Colossens. cap. 2. quod expressè Romanus Pontifex cap. in quadam nostra, de celebratione Missæ,

- 2 Missar. dixit: *Cum Christus sit veritas, & à veritate omnis fallacia sit penitus aliena.* hæc ibi. Ergo in Deo nulla potest esse ignorantia. Nec in Deo potest esse malitia, aut error, cum sit Deus summum bonum, à quo cuncta bona procedunt, Iacob. 1. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* Ideo Innocentius cap. ex iniuncto, de hæretic. referens verba Ioannis cap. 1. dicit: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Si lux vera est, non possunt tenebræ in eo esse, aut error, malitia, aut ignorantia.* Maximè quia Gregorius relatus in c. quia ex sola 24. q. 1. affirmat, quod ex sola Ecclesia catholica veritas conspicitur, referens locum Exo. 33. vbi Moyses, vt Dei speciem contempleretur, in petra, inquit, ponitur, quæ est soliditas fidei, super quam ædificauit Christus Ecclesiam suam. hæc ibi. Vbi Verbum promissionis de futuro non potuit fallere, aut falli, ædificabo quia ædificauit.
- 6 Ex quibus concludo, quod in Deo non est error, malitia, aut ignorantia, neque in Ecclesia eius sponsa innixa super dilectum suum, Cantic. 8. Ideoque
- 7 Dei promissa sunt certa & infallibilia.

A veritate omnis fallacia est aliena.
In Deo non potest esse malitia aut error.
Deus est summum bonum.

In Deo non potest esse error ex ignorantia.

Nec in Ecclesia eius sponsa.

Promissa Dei sunt certa & infallibilia.

§. XIII.

An Ecclesia & Romanus Pontifex possint errare canonizando Sanctos.

S V M M A R I V M.

- 1 In Ecclesia non potest esse error damnabilis.
 - 2 Iudicium Ecclesie erroneum esse non potest, ex D. Tho.
- V u ij Possi

- 3 Possibile secundum se.
- 4 Possibile relatum ad aliquod extrinsecum.
- 5 Iudicium eorum qui præsunt Ecclesie.
- 6 Diuina prouidentia Ecclesiam Spiritu sancto dirigit, ut non erret.
- 7 Iudicium Ecclesie non potest errare in his quæ ad fidem pertinent.
- 8 Standum est sententiæ Papæ.
- 9 Ad Papam pertinet determinare de fide.
- 10 De Caypha Pontifice.
- 11 In rebus pertinentibus ad particularia facta potest esse error.
- 12 Propter testes.
- 13 Honor qui Sanctis exhibetur est professio fidei.

Nunc de Romano Pontifice & Ecclesia dicendum est, in quibus error esse non potest, neque ex malitia, neque ex ignorantia in canonizatione Sanctorum.

In primis videndum est quid diuus Thomas sentierit de hac re, an Ecclesia possit errare canonizando Sanctos. Diuus Thomas artic. 16. quodlibet. 9. in primo, argumento Sed contra, hæc expressa verba profert: *In Ecclesia non potest esse error damnabilis: (ergo neque in Romano Pontifice) sed hic esset error damnabilis, si veneraretur tanquam sanctus qui fuit peccator: quia aliqui scientes peccata eius, crederent hoc esse falsum, & si ita contigerit, possent ad errorem perducere: ergo Ecclesia in talibus errare non potest.* hæc diuus Thomas.

Idem diuus Thomas in secundo alio argumento Sed contra, sic loquitur: *Augustinus dicit in epistola ad Hieronymum, quod si in scriptura canonica aliquod mendacium*

In Ecclesia non potest esse error damnabilis Iudicium Ecclesie erroneum esse non potest, ex D. Tho.

1
2

mendacium admittatur, nutabit fides nostra, quæ ex scriptura canonica dependet: sed sicut tenemur credere illud quod est in sacra scriptura, ita illud quod est communiter per Ecclesiam determinatum. Vnde hereticus iudicatur qui sentit contra determinationem Conciliorum: ergo commune iudicium Ecclesie erroneum esse non potest. hæc ibi. Per personas qui præsunt iudicio Ecclesie, intellige illas enumeratas supra §. 10. num. 1. & duobus seq.

Idem diuus Thomas in corpore articuli proponit Angelicam distinctionem & doctrinam, ut solet: cuius propria verba hic inferere fuit necessarium, cum ibi hanc materiam ex professo tractet: *Aliquid potest*

- 3 iudicari possibile secundum se consideratum, quod relatum ad aliquod extrinsecum impossibile inuenitur. Dico
- 5 ergo, quod iudicium eorum qui præsunt Ecclesie potest errare in quibuslibet, si personæ eorum respiciantur: si verò
- 6 consideretur diuina prouidentia, quæ Ecclesiam suam Spiritu sancto dirigit, ut non erret, sicut ipse promissit Ioan.
- 14. *Quod spiritus adueniens doceret omnem veritatem de necessarijs ad salutem, certum est, quod iudicium Ecclesie uniuersalis errare in his quæ ad fidem pertinent, impossibile est: Vnde magis est standum sententiæ Papæ, ad quam pertinet determinare de fide quam in iudicio profert, quam quorumlibet sapientum hominum in scripturis opinionibus. Cum Cayphas, quamuis nequam, tamen quia Pontifex, legatur etiam inscius propheta esse Ioann. 11. In alijs verò sententijs, quæ ad particularia facta pertinent, ut cum agitur de possessionibus, vel criminibus, vel de huiusmodi, possibile est iudicium Ecclesie errare propter falsos testes. Canonizatio verò Sanctorum medium est inter hæc duo: quia tamen honor quem sanctis exhibemus quædam professio fidei est, qua sanctorum gloriam credimus,*

Possibile secundum se. Possibile relatum ad aliquod. Iudicium eorum qui præsunt Ecclesie. Diuina prouidentia Ecclesiam Spiritu sancto dirigit. Iudicium Ecclesie non potest errare. Standum est sententiæ Papæ. Ad Papam pertinet determinare de fide. De Caypha Pontifice. In rebus pertinentibus ad particularia facta propter testes. Honor qui Sanctis exhibetur est professio fidei.

12
13

piè credendum est, quod nec etiam in his iudicium Ecclesie errare possit. hæc diuus Thomas.

§. XIII.

Ponderatur doctrina diui Thomæ de canonizatione Sanctorum.

S V M M A R I V M.

- 1 *Possibile relatum ad aliquid extrinsecum.*
- 2 *Raro contingit quod in dictis testium inueniatur falsitas.*
- 3 *Remedium infallibile ne error committatur in canonizatione Sanctorum.*
- 4 *Ratio diui Thomæ.*

Multa diuus Thomas tetigit, de quibus sigillatim postulat ratio vt aliqua dicamus. Distinctio proposita à diuo Thoma est valde ponderanda: nam *aliquid potest iudicari possibile secundum se, quod relatum ad aliquid extrinsecum impossibile inuenitur.*

Possibile relatum ad aliquid extrinsecum.

Verbi gratia, probationes quæ fiunt pro canonizatione Sanctorum, secundum se possibile est quod sint fallibiles: non tamen sequitur necessario quod sint fallibiles. Raro enim contingit, adhibitis diligentibus, quæ de iure adhibendæ sunt in examinandis dictis testium, quod in his falsitas aliqua reperitur: maximè cum in his exigatur iuramentum: nam semper attestations duorum, aut plurium continent veritatem, Ioan. 8. *Duorum, vel trium hominum testimonium verum est*, Matt. 18. hæc de prima parte distinctionis.

Raro contingit quod in dictis testium inueniatur falsitas.

Secunda autem pars ad nostrum propositum de canonizatione

canonizatione Sanctorum, si ab extrinsecò certum & infallibile remedium adhibetur, id quod possibile videbatur secundum se, quod fallibilitas in probationibus reperiri posset, impossibile est quod aliqua fallibilitas reperiat in probationibus ad canonizationem Sanctos, propter dictum diui Thomæ: quia *diuina prouidentia quæ Ecclesiam suam Spiritu sancto dirigit vt non erret*, est extrinsecum remedium infallibile ad manutenendam ne qua falsitas, aut fallibilitas reperiri possit in probationibus factis & faciendis pro canonizatione Sanctorum.

Remedium in: fallibile ne error committatur in canonizatione Sanctorum. Ratio diui Thomæ.

§. xv.

Remedium ad præseruandum ne in canonizatione Sanctorum interueniat fallibilitas, est de fide.

S V M M A R I V M.

- 1 *Promissio Dei non potest non esse vera.*
- 2 *Spiritus sanctus dirigit Ecclesiam ne erret.*
- 3 *Crede re communionem Sanctorum est de fide.*
- 4 *Crede re in vnã sanctã Catholicã & Apostolicã Ecclesiam.*
- 5 *Crede re venerationem & inuocationem Sanctorum.*
- 6 *Sancti venerandi ex decreto & sententia domini Papæ.*
- 7 *Canonizatio Sanctorum est etiam de fide.*
- 8 *Canonizatio fit per sententiam Papæ.*

Remedium de quo agitur est de fide: nam promissio Dei non potest non esse vera, vt dictum est supra §. 12. Promissio est clara, Ioann. 14. dicit Christus Apostolis: *Ego rogabo Patrem, & alium paracletum*

Promissio Dei vera.

Spiritus sanctus
dirigit Ecclesiam.

Communio
Sanctorum.
Sanctam Ecclesiam
Catholicam.
Venerationem
& inuocationem
Sanctorum.

Sancti venerandi
ex sententia
Papae.

Canonizatio
est de fide.

Canonizatio fit
per sententiam
Papae.

raclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum spiritum veritatis. Et infra: Apud vos manebit, & in vobis erit. Quia de facto Spiritus sanctus dirigit Ecclesiam sanctam ne erret in his quae sunt de fide, & de necessarijs ad salutem, probatur. Credere communionem Sanctorum, & vnam sanctam Catholicam Apostolicam & Romanam Ecclesiam, venerationem & inuocationem Sanctorum est de fide, probatur cap. vnam sanctam, de maioritat. & obedient. in extrauagan. Bonifacij, & utroque Symbolo Nicæno & Apostolorum. Sanctos esse venerandos & inuocandos de fide esse probat sacrosancti Concilij Tridentini decreta sessione 25. in proprio titulo.

Canonizatio Sanctorum est etiam de fide, quia ad Papam pertinet per decretum & sententiam canonizationis decernere, qui sunt illi Sancti, qui sunt in communiōe Sanctorum, quos venerari & inuocare possumus & debemus, toto titulo de reliquijs, tam extra, quam in sexto. Hæc confirmantur sequentibus verbis diui Thomæ: Vnde magis est standum sententiæ Papæ, ad quem pertinet determinare de fide quam in iudicio profert, quam opinioni quorumlibet sapientum hominum in scripturis. hæc diuus Thomas. Sed Sanctorum canonizatio fit per sententiam a domino Papa: ergo eius sententiæ standum est de fide, quia Spiritus sanctus impedit fallibilitatem, ne Papa & Ecclesia erret in canonizatione Sanctorum.

§. XVI.

Canonizatur doctrina diui Thomæ circa iudicium eorum qui præsumunt Ecclesiam.

SVM-

S V M M A R I V M.

- 1 D. Thomæ modestia loquendi.
- 2 Interpretatio Ambrosij Caterini.
- 3 Piè, id est de fide credendum est.
- 4 Iudicium Dei innititur veritati, quæ non fallit, neque fallitur.
- 5 Iudicium Ecclesie nonnunquam opinionem sequitur.
- 6 Iudicium eorum qui præsumunt Ecclesie dirigitur à Spiritu sancto.
- 7 Iudicium hoc non humanum, sed diuinum.
- 8 Ecclesia nunquam errasse probatur.
- 9 Ecclesie fides nunquam vllum fallit.
- 10 Iudicium eorum qui præsumunt Ecclesie in quibus potest errare.
- 11 Dominus Papa & Ecclesia in quibus non potest errare.
- 12 Ecclesia gubernatur instinctu, dono, nutu, & gratia Spiritus sancti.
- 13 Admirabilia de Romano Pontifice & Ecclesia.
- 14 Magna fiducia Apostolorum in promissione Spiritus sancti.
- 15 De virtute diuina operante.

1 **A**duerte loquendi modestiam diui Thomæ: nam cum Romanus Pontifex sit prima & principalior persona eorum qui præsumunt iudicio Ecclesie, ne fallibilitatem, aut errorem, qui incidere potest in personas eorum, tribuat Romano Pontifici, studiose generalitati aliorum omnium tribuit. In quo loquendi modo comprehenduntur omnes mortales, quos enumerauimus §. 10. nu. 2. & infra.

D. Thomæ modestia.

X x j

Eandem

Eandem modestiam nota, quia cum ex eius rationibus concludendum necessario esset, de fide tenendum esse Ecclesiam non posse errare in canonizatione Sanctorum, Pie (inquit) credendum est, quod nec etiam in his iudicium Ecclesie errare possit.

Interpretatio Ambrosii Caterini.

Pie, id est de fide credendum.

Celeberrimus Doctor Ambrosius Caterinus in libro de certa Sanctorum gloria, in verbo Pie credendum est, contra Caietanum & alios, ibi ex professo diuum Thomam interpretatur, Pie, id est de fide credendum est Ecclesiam non posse errare in canonizatione Sanctorum.

Reliqua quae a diuo Thoma dicta sunt §. 13 oportet confirmare. Et in primis quae dixit, quod iudicium eorum qui praesunt Ecclesiae potest errare in quibuslibet, si personae eorum respiciantur.

Iudicium Dei innititur veritati.

Iudicium Ecclesiae.

Iudicium eorum qui praesunt Ecclesiae dirigitur a spiritu sancto.

Iudicium hoc non humanum sed diuinum.

Comprobatur verbis Innocentij tertij relati in cap. 28. incipiente A nobis, de senten. excommunicationis, dicentis: Iudicium Dei veritati quae non fallit, nec fallitur, semper innititur. Iudicium autem Ecclesiae nonnunquam opinionem sequitur, quam & fallere sepe contingit & fallit. haec ibi. In canonizatione autem Sanctorum, vt dictum est, iudicium eorum qui praesunt Ecclesiae dirigitur a Spiritu sancto, quod non humanum, sed diuinum est, vt probatum est §. 3. nu. 6. & sic est iudicium Dei, quod veritati innititur, quae nec fallit, nec fallitur. Et confirmatur, nam Lucius Papa relatus in cap. a recta fide 24. quaest. 1. loquens de iudicio eorum qui praesunt Ecclesiae in his quae pertinent ad fidem, haec profert verba: Haec sancta & Apostolica mater omnium Ecclesiarum Christi Ecclesia, quae per Dei omnipotentis gratiam a tramite Apostolicae traditionis nunquam errasse probatur &c. illibata sine tenus manet. haec ibi.

Ecclesia nunquam errasse probatur.

Confir-

Confirmatur etiam, nam Sixtus secundus in sequ. cano. 10. 24. quaest. 1. Memor sum (inquit) me sub illius nomine Ecclesiae praesidere, cuius a domino Iesu Christo (dicente Tu es Petrus) est confessio (Tu es Christus filius Dei viui a Petro facta) glorificata, & cuius fides vltimam nunquam fallit, & nullam haeresim unquam fouit.

Ecclesia fides nunquam vltimam fallit.

Glosa in textu

Ex quibus clare constat verba diui Thomae proposita, esse a iure canonizata, videlicet quando iudicium eorum qui praesunt Ecclesiae potest errare: quia omnis homo mendax, Psal. 115. in rebus quae ad particularia facta pertinent, vt cum agitur de possessionibus, vel de criminibus, vel de similibus alijs sententijs, possibile est per falsos testes errorem committi posse, cum in his non sit promissa Spiritus sancti assistentia.

Iudicium eorum qui praesunt Ecclesiae in quibus non potest errare.

Concludo etiam, quod Papa vt pastor ouium Christi, vt Petri successor, vt in Petri cathedra sedens, non vt priuata, sed vt publica persona, totius Ecclesiae princeps, pro fidei tuitione, pro Euangelicae legis intelligentia, pro fidelium instructione, & directione errare non potest, propter promissam assistentiam Spiritus sancti, cuius instinctu, dono, nutu, & gratia gubernatur, cap. violatores 25. quaest. 1. Quo dirigente, vt diffinit Bonifacius in cap. gloriosus, de reliq. & veneratio. sanctor. lib. 6. Romanus Pontifex & Ecclesia scripturarum enigmata referat, soluit nodos, obscura dilucidat, dubiaque declarat, & quae Dei sunt exequitur. Tum quia ista pertinentia ad fidem, & ad canonizationem Sanctorum contingunt fieri per diuinam virtutem, quae interius secretissime operatur. Est enim diuina virtus causa occultissima, & a nostris sensibus valde remota, vt probat D. Tho. de potentia q. 6. art. 2. de miraculis.

Dominus Papa & Ecclesia in quibus non potest errare. Ecclesia gubernatur a spiritu sancto.

Admirabilia de Romano Pontifice & Ecclesia.

De virtute diuina operantis.

Magna fiducia Apostolorum in promissione Spiritus sancti.

Tantam fiduciam habebant Apostoli in promissione Spiritus sancti, quod in Concilio præfidente Petro Ierofolymis congregato Actor. 15. dixerunt: *Visum est Spiritui sancto & nobis.* Nullo igitur modo in his potest errare summus Pontifex, aut Ecclesia. Propterea hoc iudicium Romani Pontificis, & Ecclesiæ certum & infallibile est, quicquid dicant hæretici,

§. XVII.

Romanus Pontifex, aut Ecclesia non potest errare in canonizatione Sanctorum.

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesia est columna & firmamentum veritatis.
- 2 Romanus Pontifex de fide credit se non posse errare in his.
- 3 Spiritus sanctus docebit omnem veritatem.
- 4 Hæc promissio quando fuit completa.
- 5 Ecclesia innixa super Christum dilectum suum.
- 6 Christus interpellat pro nobis.
- 7 Ioannes vidit Ecclesiam descendentem de cælo.
- 8 Non licet dubitare de veritate Ecclesiæ.
- 9 Ecclesia dicitur Ierusalem, & navis.
- 10 Statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos.

His autoritatibus confirmatur, quod Petrus Christi Vicarius eius successor, & Ecclesia non potest errare in rebus pertinentibus ad fidem.

Ecclesia est columna & firmamentum veritatis.

Paulus 1. ad Timoth. cap. 3. dicit: *Ecclesia est Dei vivi columna, & firmamentum veritatis.* Si firmamentum

- tum veritatis, ergo in ea non potest esse falsitas, aut error. Confisus igitur Romanus Pontifex in prædicatione, de fide credit se non posse errare in canonizatione Sanctorum, & in his quæ sunt de fide. Confisus etiam in verbis Christi, Ioann. 16. dicentis Apostolis: *Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo, cum autem venerit spiritus veritatis, ille docebit vos omnem veritatem &c. & quæ ventura sunt annuntiabit vobis.* Hanc promissionem iterum confirmavit ultimis verbis in die Ascensionis, Actor. 1. dices: *Accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos.*
- Hæc promissio de venturo spiritu veritatis fuit completa primo post resurrectionem, dicente Christo domino Apostolis: *Accipite spiritum sanctum*, ut legitur in decreto cap. loquitur 24. quæst. 1. & etiam die Pentecostes: *Conuocato Petro cum undecim Apostolis, in ignis & linguarum figura, seditque supra singulos eorum, & repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperunt loqui varijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis, Actorum 2.* Ideo propositum fuit §. 14. & 15, remedium ad præseruandum Romanum Pontificem ne erret in canonizatione Sanctorum, & in his quæ sunt de fide: quia de facto Spiritus sanctus dirigit, regit, & gubernat sanctam Romanam & Apostolicam Ecclesiam, innixam super Christum dilectum suum, Cant. 8. qui ut ait Paulus ad Roman. 8. *interpellat pro nobis.*

Romanus Pontifex de fide credit se non posse errare in his.

Spiritus sanctus docebit omnem veritatem.

Hæc promissio quando fuit completa.

Ecclesia innixa super Christum dilectum suum.

Christus interpellat pro nobis.

Romanus igitur Pontifex in his confisus, & in verbis Ioannis, qui affirmat in sua prima Canonica c. 2. *Aduocatum habemus apud Patrem dominum nostrum Iesum Christum*, de fide credit non posse errare in rebus fidei, & in canonizatione Sanctorum. Confisus etiam in verbis Christi: *Non autem pro eis tantum rogo quos*

go quos dedisti mihi, sed pro eis qui credituri sunt in me per verbum eorum, Ioan. 17. & confirmatur cap. cum Marthæ: Rogo pro eis qui credituri sunt. Confusus etiã in verbis Pauli, ad Hebræ. 7. loquentis de Christo: *Accedens (inquit) per semetipsum ad Deum ad interpellandam pro nobis.* Confusus etiam in alijs verbis Christi Lucæ 22. *Ego pro te rogaui Petre, ut non deficiat fides tua, & refertur in c. maiores, de bapt. Si Ecclesia facta est secundum exemplar coelestis Ierusalem, quam vidit Ioannes descendentem de coelo, Apo. 7 cal. 21. tanquam sponsam ornatam viro suo. Quomodo licet de Ecclesiæ sinceritate & veritate dubitare? De qua dicit David: *Sæpe expugnauerunt eam, (idest Ecclesiam hæretici) sed non potuerunt, Pl. 128. quia porta inferi (idest hæretici) non præualebunt aduersus eam, Matth. 16. & Zachar. 13. dicit Dominus de Ecclesia, sub nomine Ierusalem: *Sedebit Ierusalem 9 securâ. Ideo dicitur de Ecclesia sub nomine nauis, cap. 7. 24. quæst. 1. Non turbatur nauis quæ Petrum habet. Et infra: *Ibi securitas ubi perfecta dilectio, quia fuit trina confessio, tu scis Domine quia amo te. Ergo securâ est Ecclesia, quod non potest errare, quia præferuatur Romanus Pontifex per diuinam prouidentiam, & per assistentiam Spiritus sancti. Habet enim vt Petri successor clauem David, de quo Psalm. 39. dictum est: *Statuit supra petram pedes meos, & direxit 10 gressus meos.* Sedet enim Romanus Pontifex in Cathedra Petri, cuius pedes statuit Dominus supra firmâ petram, & dirigit eius gressus, idest actiones, & operationes pertinentes ad fidem petræ, ne errare possit. Certum igitur, & infallibile est iudicium Romani Pontificis & Ecclesiæ, sicut dictum est §. 16. num. 11. & infra.****

Ioannes vidit Ecclesiam descendentem de coelo. Non licet dubitare de veritate Ecclesiæ.

Ecclesia dicitur Ierusalem, & nauis,

Statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos,

§. XVIII.

Grauisimorum Doctorum sententia, quod Papa non potest errare in canonizatione Sanctorum.

S V M M A R I V M.

- 1 Frater Angelus Rocca.
- 2 Thomas Vualdensis.
- 3 Augustinus Triumphus.
- 4 Gregorius Nunnus.
- 5 Melchior Cano.
- 6 Dominicus Banes.
- 7 Ioannes de Turrecremata.
- 8 Syluester.
- 9 Ambrosius Caterinus citat Augustinum, Gregorium, Ambrosium, Hieronymum, & plures alios Sanctos Patres.

POSTquam perfeceram opus de canonizatione Sanctorum, in quo vix vsus sum Authorum dictis, ubi veritatem è fonte diuinarum scripturarum & sacrorum canonum aurire licuit: maximè in hac digressionem, non minus difficili, quam periculosa, peruenit ad me liber non minus doctus, quam eruditus Reuerendi Fratris Angeli Roca Augustiniane familiæ qui in hac materia grauisimorum Doctorum allegat testimonia, quarum dicta succinctè proponam, dicentium Romanum Pontificem non posse errare in canonizatione Sanctorum.

Frater Angelus Rocca.

Thomas Vualdenfis.

Thomas Vualdenfis hoc expresse asserit tomo 3. 2
de sacramental. cap. 122.

Augustinus Triumphus

Augustinus Triumphus lib. de potesta. Ecclesiast. 3
affirmat, quod omnes canonizati à Papa sunt in gloria.

Gregorius Nannius

Gregorius Nannius lib. 3. de optimo Reipublicæ 4
statu cap. 11. §. ex his, tom. 1. affirmat de fide necessario credendum esse Ecclesiã in canonizatione Sanctorum nec fallere, nec falli posse.

Melchior Cano

Melchior Cano lib. 5. quæst. 2. conclu. 3. dicit esse 5
temerarios, impudentes, & irreligiosos, qui existimant Ecclesiam posse errare in canonizatione Sanctorum, & ab Ecclesia puniendos.

Dominicus Banyes

Dominicus Banyes 2. 2. quæst. 1. art. 10. dub. 7. temerarium valde & scandalosum, & hæc sim sapit dicere, quod Papa, aut Concilium possit errare in canonizatione Sanctorum. In canonizatione Sanctorum Romanus Pont. sua potestate abuti nõ potest. 6

Ioannes de Turrecremata.

Ioannes de Turrecremata lib. 2. in summa de Ecclesia dicit, quod Romanus Pontifex non succedit Petro in priuilegijs, & prærogatiuis personalibus, sed in sede, & officio, iudicialiter procedendo. In his quæ ad fidem pertinent non potest Papa errare propter assistentiam Spiritus sancti. In rebus quæ sunt facti, siue in his iudicijs, quæ ad particularia facta pertinent, Romanus Pontifex errare potest, non tamen in canonizatione Sanctorum. 7

Syluester.

Syluester in verb. Canonizatio. Sanctorum in gloria existentium, cultus reliquiarum, & eorum canonizatio & inuocatio, sacrorum librorum canonizatio & approbatio, in his Papa errare non potest propter assistentiam Spiritus sancti, & falsitas subesse non potest. 8

Doctor

- 9 Doctor grauissimus ac religiosissimus frater Ambrosius Caterinus libro de certa Sanctorum gloria, in fauorem huius Catholicæ assertiois à diuo Thoma mirificè disputatæ locis citatis, quod Romanus Pontifex errare non potest in canonizatione Sanctorum, allegat Augustinum, Gregorium, Ambrosium, Hieronymum, Cyrillum, Bernardum, Bonauenturam, Turrecrematam, Petrum de Paluda, & alios magni nominis viros, quorum autoritatibus & rationibus, testimonius sacre Scripturæ fulcitis, conuincit hæreticorum dementiam circa hunc articulum, quod Romanus Pontifex non potest errare in canonizatione Sanctorum.

His grauissimorum doctorum dictis corroborantur etiam quæ dicta sunt in tota hac digressione.

§. XVIII.

Si Episcopi in canonizatione Sanctorum poterant errare quando antiquis temporibus Sanctos canonizare solebant.

S V M M A R I V M.

- 1 Author reddit rationem sui propositi.
- 2 Queritur de Episcopo, an habuerit assistentiam Spiritus sancti in canonizatione Sanctorum.
- 3 Responso.
- 4 Supponuntur iam dicta, & probata supra.
- 5 Lura Episcopi.
- 6 Quæ supra narrantur de Romano Pontifice & Ecclesia, de Episcopo affirmari possunt in canonizatione Sanctorum.
- 7 Probatur promissionibus Christi.

- 8 De assistentia Spiritus sancti.
 9 De assistentia Christi.
 10 De assistentia Patris.
 11 Promissiones non intelliguntur de Petro & Apostolis tantum, sed de eorum successoribus & Ecclesia.
 12 De providentia diuina promissa.
 13 De ope beati Petri.
 14 Attingit à fine usque in finem.
 15 Disponit omnia suauiter.

Autor reddit rationem sui propositi.

Queritur de Episcopo, an habuerit assistentiam Spiritus sancti in canone Sanctorum.

Responsio.

Supponuntur id dicta, & probata supra.

Iura Episcopi,

Dictum est in hoc tractatu, quod ante reservationem à Romano Pontifice factam de canonizatione Sanctorum, Episcopis fuisse à iure concessum Sanctos canonizare, & de facto maximam multitudinem Sanctorum enumerari per Episcopos canonizatorum. Queritur, an sicut probatum est Romanum Pontificem in canonizatione Sanctorum non posse errare, sic de Episcopis affirmare liceat, quod de facto non errauerint, nec errare potuerint, & habuerint etiam assistentiam Spiritus sancti in canonizatione Sanctorum. Et videtur respondendum esse, quod in canonizatione Sanctorum Episcopi non potuerunt errare. Suppono quæ à me dicta sunt in cap. 5. §. 10. quod Episcopus cum Canonicis representat Christum cum duodecim Apostolis. Suppositis etiam quæ in cap. 3. diximus de iuribus Episcopi, qui est legatus Dei, habens iurisdictionem à Spiritu sancto, & succedit in locum Apostolorum, qui erant pares Petro, ut ibi hæc & alia Episcopi iura latius notantur, & confirmatur cap. legimus 93. dist.

Dico igitur, quod quamuis ea, quæ dicta sunt à diuo Thoma §. 13. & super eius doctrina sacrorum canonum decretis confirmata §. 14. 15. & 16. de infallibili

fallibili providentia diuina, de infallibilitate, de remedio ad manutenendum ne Ecclesia, aut Romanus Pontifex in canonizatione Sanctorum possit errare propter assistentiam Spiritus sancti, cuius instinctu, dono, nutu, & gratia præseruatur à falsitate & fallibilitate, ut latè probatum est supra §. 14. 15. & 16.

6 Quamuis inquam ea omnia primo & per se, ac principaliter de Romano Pontifice & Ecclesia vniuersali intelligantur: secundario autem, & in casu necessariæ assistentiæ Spiritus sancti, supposita diuina providentia, quæ in necessarijs nunquam defuisse credimus, affirmandum esse existimo, Episcopum in nomine Christi, & in Spiritu sancto congregatum cum suis Capitulo & Canonicis, factis debitis diligentijs, in canonizatione Sanctorum de facto non errasse, nec errare potuisse: quia sic promisit Christus.

7 Non solum promisit Christus assistentiam Spiritus sancti, ut supra dictum est: sed etiam & suam assistentiam & præsentiam. *Vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum ego in medio eorum.* Matthæ. 18. & refertur in cap. alienus 24. quæst. 1. *Dico vobis, quoniam si duobus ex vobis conuenerit in terra de omni re quamcunque petieritis, contingeret vobis à Patre meo qui in cælis est.* Et infra: *Vbi cunque fuerint duo, aut tres congregati in nomine meo, ego cum eis sum.* hæc ibi. Idem confirmatur cap. de quibus 20. distinct. *Si duo ex vobis, vel tres conuenerint super terram in nomine meo, de omni re quamcunque petierint fiet illis à Patre meo.* Quod confirmatur Ioan. 14. *Non relinquam vos orphanos, ego veniam ad vos.* & per Matthæ. vlti. *Ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi.*

Quæ supra narrantur de Romano Pontifice & Ecclesia, de Episcopo affirmari possunt in canonizatione Sanctorum.

Probatum præmissionibus Christi.

De assistentia Spiritus sancti, De assistentia Christi.

De assistentia Patris. Non solum fuit facta promissio de assistentia Spiritus sancti, & Christi domini: sed etiam & Patris, eodem cap. 14. Ioan. postquam de promissione Spiritus sancti & Christi dictum est, leguntur hæc verba: *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.*

Promissiones non intelliguntur de Petro & Apostolis tantum, sed de eorum successoribus & Ecclesia. Hæc promissa Petro & Apostolis facta, non intelliguntur de Apostolis, & Petro tantum: sed de Romano Pontifice, Cardinalibus, & Episcopis eorum successoribus, & Ecclesia, ut supra probatum est: quia Ecclesia potest exercere quæ sunt in patrimonio Petri, §. 4 num. 1. & 2. cap. quodcumque ligaueris 24. q. 1. *Si hoc Petro tantum dictum est, non hoc facit Ecclesia: si autem in Ecclesia fit, utique &c.* Et confirmatur, nam Leo in cap. 7. 19. dist. asserit: *Ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, ut in beatis Petro Apostolorum omnium summo principaliter collocaret, ut ab ipso, quasi quodam capite, dona sua velut in corpore diffunderet.* Ergo de Episcopo cum suis Canonicis congregato possunt intelligi. Quare sine dubio tenendum est Episcopos non potuisse errare in canonizatione Sanctorum, diuina prouidentia sic exigente. Et confirmatur cap. hæc est fides 24. quæst. 1. *Domino prouidente, & beato Petro Apostolo opem ferente in futuro manebit sine ulla hereticorum insultatione firma & immobilis omni tempore persistet.* hæc ibi. Quæ prouidentia diuina in necessarijs nunquam demissa. *Attingit enim à fine usque in finem fortiter, & disponit omnia suaviter,* Sap. 8. Igitur Episcopi non poterunt errare in canonizatione Sanctorum.

De prouidentia diuina promissa.
De ope beati Petri.

Attingit à fine usque in finem.
Disponit omnia suaviter.

§. xx.

De testibus in Sanctorum canonizatione examinatis.

S V M M A R I V M.

- 1 Antestis deponens in canonizatione Sanctorum posset errare, & Scriba falsum pro vero scribere.
- 2 Author dat rationem dicendorum.
- 3 Error hereticorum.
- 4 De teste in canonizatione Sanctorum. De quibus dicit.
- 5 Si testis assistit Spiritus sanctus, & diuina prouidentia. Idem de Scriba.
- 6 Author implorat diuinum auxilium.
- 7 Quibus assistit Spiritus sanctus.
- 8 Romano Pontifici, & Concilio.
- 9 Scriptoribus sacrorum Bibliorum.
- 10 Spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines.
- 11 Testis in canonizatione Sanctorum præseruatur ab errore.
- 12 In examine testis interueniunt quatuor personæ.
- 13 Citatur Fiscalis.
- 14 Sub promissione Christi domini continetur examen testium.
- 15 Tota difficultas fallibilitatis à testibus.
- 16 Spiritus sanctus assistit in examine testis.
- 17 Examen horum testium reducitur ad negotia generalia Ecclesie, non ad particularia facta, pro fidei tuitione, pro fidelium directione.

18 *Conclusio, ne Romanus Pontifex in canonizatione Sanctorum errare possit.*

Dixit diuus Thomas §. 13. iudicium Ecclesiæ fallibile esse in his quæ ad particularia facta pertinent, & possibile esse posse errare propter falsos testes. **Quam** doctrinam exposuimus §. 16. dicentes, quod in iudicio Ecclesiæ, vbi agitur de possessionibus & criminibus, quæ ad particularia facta pertinent, in quibus non est promissa Spiritus sancti assistentia, in his possibile est errare illos, qui præsumunt tali Ecclesiæ iudicio: non tamen possunt errare in canonizatione Sanctorum, & in alijs quæ sunt de fide.

Autor dat rationem dicendo vni.

Error hereticorum.

Veruntamen hæretici non intelligentes distinctionem iudiciorum, nec attendentes ad infallibile remedium de assistentia Spiritus sancti ne Ecclesia erret, de quibus diximus §. 14. & 15. nec ad diuinam prouidentiam, quæ in necessarijs nunquam deest, infigant suos caninos dentes, & infrenatas linguas, ad falsos testes recurrentes, omne iudicium Ecclesiæ incertum & fallibile esse asserunt.

De seffe in canonizatione Sanctorum.

Descendentes igitur ad magis particularia, videamus an testis coram iudice competenti de his, qui præsumunt iudicio Ecclesiæ in suis dictis, per Notarium, aut Scribam à iudice electum scriptis mandatis, factis debitis diligentijs, de quibus diximus cap. 5. §. 22. & infra, possit errare, & culpabile mendacium proferre, illique pertinaciter adherere in hoc iudicio, vbi agitur de sanctimonia vite, & miraculis, aut de alijs rebus ad canonizationem alicuius Sancti pertinentibus. Et si in his diuina prouidentia & Spiritus sancti assistentia dirigit hoc iudicium, ne falsitas

Si testis assistit Spiritus sanctus

error

error, aut fallibilitas committatur. Idem dicitur de Scriba, ne dolo, aut fraude falsum pro vero scribat.

6 Dirigat me Spiritus sanctus suo diuino & efficaci auxilio, vt iudicium meum de vultu Dei procedat, vera & certa scribam, ne in his mihi errare contingat. **7** Ad cuius rei intelligentiam suppono in primis, quod Spiritus sanctus non solū assistit vbi sunt duo, aut tres in nomine Christi congregati, & sacro mul-
8 torum Patrum Concilio legitime cōuocato, ne possint errare in his quæ ad fidem pertinent, & in his de quibus dixi §. 16. nu. 11. sed etiam multis singularibus personis assistit Spiritus sanctus, vt summo Pontifici, & alijs, qui varios sacrarū scripturarum libros historiales, sapientiales, & prophetales scripsere: vt Moysi, Samueli, Efdre, Tobie, Iob, Dauid, Salomoni, duodecim Prophetis ex veteri Testamento: ex nouo autem Mattheo, Marco, Lucæ, Ioanni, Petro, Paulo, Iacobo, & alijs sanctis hominibus, vt legitur 2. Petri cap. 1. *qui Spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines.* Quibus Spiritus sancti assistentia non defuit in dictando & scribendo, quippe qui nullum errorem dixerunt aut scripserunt, prouidentia diuina sic disponente, talique remedio & auxilio suffulti: quamuis materia de qua scribebant, & scriptores essent de se fallibiles, & poterant falli & decipi: per remedium tamen ab extrinseco superueniens, fuerunt præseruati à quocunque errore, Deo sic prouidente, & reuelante, & Spiritu sancto dictante.

Autor implo- rat diuinum auxilium.

Quibus assistit Spiritus sanctus

Romano Pontifici, et Concilio

Scriptoribus sacrarum Bibliarum

Spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines.

11 Sic scriba & testis in canonizatione Sanctorum scribens & deponens medio iuramento coram competenti Iudice de veritate dicenda & scribenda, tam circa

Testis in canonizatione Sanctorum præseruatur ab errore.

circa sanctimoniam vite, quam circa miracula illius Sancti, de cuius canonizatione agitur, potest præseruari à Spiritu sancto, ne in aliquem damnabilem errorem, fallaciam, aut culpabilem falsitatem labatur.

Et sic pie credendum est nullum errorem, falsitatem, aut fallaciam in processu canonizationis inesse, occasione dictorum, & attestationum testium, quos potuit Spiritus sanctus, mediante diuina prouidentia, præseruare: maximè in hac præcisa occasione, & materia ubi agitur de canonizando Sancto, quæ ad fidem pertinet, & est de his quæ in §. 16. num. 11. diximus Romanum Pontificem, & Ecclesiam non posse errare.

In examine testium interueniunt quatuor personæ.

Citatur Fiscalis.

Sub promissione Christi domini continetur examen testium.

Tota difficultas fallibilitatis a testibus.

Spiritus sanctus assistit in examine testium.

Tum quia in examinandis testibus pro canonizatione Sanctorum, non vna tantum persona interuenit, sed tres, aut quatuor, videlicet testis, Notarius, interpret, & iudex ad hunc effectum deputatus: ad quem effectum citatur etiam Procurator Fiscalis ad dicendum contra testes & eorum dicta cum interrogatorijs, vt supra dictum est cap. 5. Et ideo sub promissione Christi contineri videtur, *Vbi sunt duo, aut tres congregati in nomine meo, ibi sum ego in medio eorum*, vt probatum est §. 19. num. 7. & sequentibus. & §. 17. ferè per totum. Sunt enim conuocati & congregati autoritate Episcopi, aut Romani Pontificis, & sic in nomine Christi, pro veritate scienda, ne Romanus Pontifex in canonizatione Sanctorum errare possit. Aliter enim de fallibilitate dubitari posset, cum tota difficultas fallibilitatis à diuo Thoma loco citato dependeat à testibus falsis.

Dicendum igitur est, Spiritum sanctum per diuinam prouidentiam assistere in receptione & examine testium

12

13

14

15

16

testium ad canonizationem Sanctorum, ne in eis ad sit falsitas, fallibilitas, aut error, sed certa & indubitata veritas. Confirmatur dictis diui Thomæ in resp. ad 1. & 2. arg. ar. 9. quæst. 7. quodlib. 9. *Pontifex*, inquit, *cuius est canonizare, potest certificari de statu aliquis per inquisitionem vite, & attestationem miraculorum, & præcipue per instinctum Spiritus sancti, qui omnia scrutatur, etiam profunda Dei.* Ad 2. dicit, quod diuina prouidentia præseruat Ecclesiam, ne in talibus per fallibile testimonium fallatur.

17 Hoc enim examen testium non reducit ad particularia facta, sed ad communia & generalia Ecclesiæ negotia, pro fidei tuitione (contra hæreticos nostri temporis, negantes facultatem, potestatem, iurisdictionem, & autoritatem Romani Pontificis, vt dictum est §. 1. circa canonizationem Sanctorum dicentes eius iudicium esse incertum & fallibile.) Item pro fidelium instructione & directione in his quæ sunt de fide. Item vt sciant fideles quos Sanctos possunt & tenentur venerari ac inuocare, & credere esse & contineri sub hoc articulo fidei de communionem Sanctorum.

18 Vnde concludendum esse existimo, vt dictum est, Spiritum sanctum assistere in receptione & examinatione testium, ne in eis aliquis error culpabilis, aut damnabilis reperiatur, quo impediatur Romanus Pontifex à canonizatione Sanctorum, in cuius decreto & sententia Romanus Pontifex errare non potest, vt sepe probatum est supra.

§. XXI.

Conclusio digressionis.

Zz j

SVM.

*Examen testium
reducitur ad generalia negotia*

Conclusio

S V M M A R I V M.

- 1 *Facultas canonizandi Sanctos sub patrimonio Petri.*
- 2 *De autoritate Romani Pontificis.*
- 3 *De reliquijs & imaginibus Sanctorum.*
- 4 *Iudicium Ecclesie certum & infallibile.*
- 5 *Hæreticorum rationes procedunt ex ignorantia, vel ex malitia.*
- 6 *Epilogus de patrimonio Petri.*
- 7 *Intentio Authoris.*
- 8 *Epilogus quod Papa non potest errare.*
- 9 *Quomodo & quando hæreticis est respondendum.*
- 10 *Omnia sunt dicta in honorem beati Ollegarij.*

Facultas canonizandi Sanctos sub patrimonio Petri.

AD probandum facultatem canonizandi Sanctos contineri sub patrimonio Petri, & quod in his Romanus Pontifex non potest errare, ac ad repellendas septem hæreticorum dementias 1. §. propositas, fuit necessarium probare à principio facultates Petro à Christo domino concessas.

De autoritate Romani Pontificis.

Ex quibus, & ex alijs in hoc libro deductis constat de autoritate, potestate, facultate, & iurisdictione Romani Pontificis, non solum ad canonizandum Sanctos, sed etiam ad alia faciendâ, quæ ad verum Christi Vicarium diximus pertinere.

De reliquijs & imaginibus Sanctorum.

Constat etiam de debita sanctorum reliquiarum, & sacrarum imaginum vsus obseruantia, veneratione, cultu, & honore. Et quod in canonizatione Sanctorum Ecclesia non potest errare, neque pro fidei tuitione, pro Euangelicæ legis intelligentia, pro fidelium instructione & directione, in quibus iudiciû

Iudicium ecclesie certum, & infallibile.

eorum qui præfunt Ecclesie est certum & infallibile, Domino

Domino sic prouidente, & assistente, Spiritus sancti instinctu, dono, nutu, & gratia, & beato Petro Apostolo opem ferente, vt latius in hac digressione continetur.

5 Nunc hæreticorum dementijs & rationibus respondere superfluum est, cum ea procedant ex ignorantia eorum, quæ probauimus esse in patrimonio Petri, vel potius ex malitia scire nolentium. Nā positis his fundamentis & principijs, eorum tela toto cœlo ab albo errant. Veritate enim patefacta, errorum tenebræ fugantur, & é medio auferuntur: sicut fugatis nubibus, Aquilone flante, veritatis sole omnia clarescunt.

Hæreticorum rationes procedunt ex ignorantia, vel malitia.

6 Probatum est §. 2. Christum accepisse à Patre seipsem illa potestatis dona in dicto §. contenta.

Epilogus de patrimonio Petri.

Item probatum est §. 3. eadem dona sibi à Christo data ineffabili quodâ modo esse in patrimonio Petri: vt Petrum esse filium Dei per fidem & gratiam, & consortem diuinæ naturæ, quod est primum donum super quo reliqua quæ sunt in eius patrimonio fundantur. Hæc sunt magna & pretiosa dona Petro à Christo data.

Item §. 4. probatum est Romanum Pontificem in cathedra Petri sedentem esse summum sacerdotem in Ecclesia Dei.

Item Petrum esse vniuersalis Ecclesie pastorem §. 5. & Christi Vicarium.

Item Petro concessam esse potestatem dimittendi peccata §. 6.

Item Christum dedisse Petro regni cœlorum & Ecclesie clauis §. 7.

Item §. 8. probatum est Petrum esse Ecclesie petram.

Intentio Auctoris.

Tandem probatum est §. 9. Christum dedisse potestatem canonizandi Sanctos Petro & eius successoribus. Hæc enim est nostræ intentionis probatio.

Epilogus quod Papa non potest errare.

Alijs verò sequentibus paragraphis demonstratum fuit Romanum Pontificem vniuersalem Ecclesiæ Præsulem non posse errare in canonizatione Sanctorum, & in alijs rebus fidei, eiusque iudicium esse certum & infallibile, vt de his qui præsunt iudicio Ecclesiæ dictum est, locupletissimisque sacre scripturæ testimonijs, sacrorum canonum decretis, & plurimum Sanctorum, grauissimorumque doctorum sententijs confirmauimus.

Quomodo et quando hereticus est respondendum.

Dixi superfluum esse respondere hæreticorum rationibus, dementijs, & telis, quia quædo solutiones argumentorum continentur in doctrina, quam probamus superfluum est easdem repetere: sicut docuit D. Tho. lib. contra gent. vbi propositiones Theologicas per singula capita propositas, validissimis rationibus demonstrat, autoritatibus sacre scripture, sanctorum & grauissimorum doctorum sententijs, quibus confutantur Gentilium errores, simulque soluentur eorum, & hereticorum argumenta.

Tum quia hereticorum rationes in suo fonte nec vidi, nec videre cupio: relatas tamen à grauissimis doctoribus satis, superque confutatas & solutas legi. superfluum ergo iudicauit de illis plura dicere.

Omnia sunt dicta in honorem S. Ollegarij.

Que omnia eo tendunt vnde nostra exordium habuit oratio, vt affirmemus & dicamus nostrum sanctum Archiepiscopum Ollegarium fuisse per Episcopos illorum temporum canonizatum, & in suis & Ecclesiæ actibus canonizationum non errasse, nec errare potuisse, cum habuerint Spiritus sancti assistentiam, diuina prouidentia sic dirigete, vt pie credimus cum D. Tho.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

De huius libelli peroratione.

S V M M A R I V M.

- 1 **I**nditia & signa canonizationis sancti Ollegarij.
- 2 **M**iracula.
- 3 **P**retiosa dona sancto Ollegario concessa.
- 4 **I**nuocatur auxilium sancti Ollegarij.
- 5 **P**atrociniū sancti Ollegarij.
- 6 **L**etitia de canonizando sancto Ollegario.
- 7 **D**e sancto Raymundo canonizato.

Epilogus vltimæ digressionis.



ACTENVS in supradictis duodecim capitulis dictum est sanctum Ollegarium floruisse de tempore quo erat licitum Episcopis Sanctos canonizare: deque beati Ollegarij canonizatione & beatificatione, licet euidenter non

constet, apparent tamen quamplurima inditia, signa, & effectus, & tot enuntiationis suæ sanctitatis, canonizationis, & beatificationis, publica vox & fama, priuilegium præsumptum, præsumptio, & possessio immemoralis, qua est solius venerari tanquam sanctus: quod his exacte, & pie lectis, auditis, & visis, refugit mens aliter iudicare: totque honores canonizatorum Sanctorum nostro sancto Ollegario concedi solitos, ei negare, vel auferre nemo sine periculo audet.

Inditia et signa canonizationis S. Ollegarij.

Maximè

Miracula.

Maximè stantibus tot, tantisq. miraculis, ad quo- 2
rum collectionem nõ sufficiet alius liber duplo hoc
maior, etiam si tantum enumerarentur digniora &
maiora. Tot archas & feretra inferèdorum mortuo-
rum, lintea funeraria, quibus mortuorum cadauera
insui solent, & sudaria longa, quibus tegebatur mor-
tui ad vitam reuocati per intercessionem sancti Ol-
legarij. Tot capita, tot brachia, tibias, pedes, ma-
nus, oculos, aliasque plurium personarum figuras ar-
genteas & cereas quis numerare potest?

Dona pretiosa.

Quot anulos aureos cum pretiosissimis lapillis, 3
quos digiti sancti Ollegarij capere nõ possunt: quot
alia aurea & argentea pretiosissima dona cõtinet di-
cta sancti Ollegarij capella? Antiqua tamè, ad alios
vñsus ad cultum diuinum necessarios, videlicet argen-
tea præcipuè, ad baculos argenteos, cruces, & cali-
ces, de ordine Reuerendissimi Episcopi & Capituli
conuersa sunt. Quot lampades, quot cerei, quot se-
rica ornamenta, auro etiam contexta, ad Missas ce-
lebrandas, atque pallia pro altari & capella ornan-
da, ac pro sumptuosissimo sepulchro tegendo, con-
cessa sunt à quamplurimis Christi fidelibus, in gra-
tiarum actionem de innumeris beneficijs & miracu-
lis, quæ sibi contigerunt per intercessionem nostri
sancti Ollegarij.

*Inuocatur au-
xilium S. Olle-
garij.*

Hunc inuocant peregrini, milites, & nautæ, cuius 4
auxilium in magnis periculis, tam in terris, quam in
mari, tam in fuga, ne ab inimicis infidelibus oppri-
merentur, quam in fortissimis dimicationibus ad
eos debellandos sibi profuisse testantur.

*Patrocinium
S. Ollegarij,*

Huius sancti patrocinium mulieres quæ per lon- 5
gum tempus non genuerant, & parturientes maxi-
mo dolore oppressæ, intèta deuotione sentijsse pro-
fitentur.

fitentur. Coeci, surdi, & claudi, cæterisque languo-
ribus vexati, huius intercessione ad pristinū suæ na-
turæ statum, qualitatem, & salutem restituuntur.

6 Vtinam de tam eximiæ sanctitatis viri generali
7 canonizatione lætemur, sicut de sancto Raymundo
à Penyafort, nuper in Catalogo Sanctorum descri-
pto gauisi sumus.

*Laetitia de cano-
nizando S. Olle-
garij.
De S. Raymundo
do canonizato,*

Sicut etiã gaudemus de his quæ in vltima digres-
sione probauimus potestatem canonizandi Sanctos
esse in patrimonio Petri, Romaniq. Pontificis, &
Ecclesiæ iudicium esse certum & infallibile: In ca-
nonizatione Sanctorum, & in alijs ad fidem perti-
nentibus errare non posse.

Quæ omnia & singula sub correctione Sactæ Ro-
manæ Ecclesiæ dicta sufficiant. Ad laudem & glo-
riam omnipotentis Dei, & in honorem beati Olle-
garij.

L A V S D E O.



I N D E X

Præliudiorum, Digressionum, Capitulum, & Paragraphorum,

PRIMAE PARTIS.

Præliudium primum.

De sancti Ollegarij vita. pagina 4

Præliudium secundum.

De creberrima sacelli sancti Ollegarij post canonizationem sancti Raymundi de Penyafort frequentatione. pag. 5

Præliudium tertium.

Cause & rationes quibus Author motus tractatum hunc composuit. 6

Præliudium quartum.

Quibus & quot modis dicatur Sanctus, Beatus, Sanctitas, Sanctitudo, Beatitudo, & Sanctimonia. 8

§. 2. *De sanctitate participata.* 9

§. 3. *Papa dicitur Sanctus.* 11

§. 4. *Ad Papam pertinet decernere de Sanctis.* 12

§. 5. *Sanctitudo & sanctimonia.* 14

§. 6. *Ad canonizationem sanctorum.* 14

§. 7. *De sanctitate & beatitudine sancti Ollegarij.* 15

§. 8. *Existentes in beatitudine appellantur sancti.* 16

Digressio.

Si per canonizationem acquiratur sanctis maior gloria. 17



Index Præcludiorum.

§.2. Intellectus ad cap. cum Marthæ. §.3. de celebratione Missarum.	18
§.3. Confirmantur & probantur prædicta.	19
§.4. Gloria accidentalis maxima per canonizationem.	21
§.5. Sancti canonizati venerantur imagines, corpus, reliquie, cinis, & vestimenta.	22
§.6. Deus mouet corda populorum ad inuocandum Sanctos non canonizatos.	24
§.7. Confirmantur prædicta de canonizatione Sanctorum.	26
§.8. Miracula per intercessionem sancti Ollegarij.	27

Præcludium quintum.

De requisitis in canonizatione Sanctorum.	28
§.2. Requisita in canonizatione sanctorum.	29
§.3. Alia requisita in canonizatione.	30
§.4. Opera sancta quæ exercuit sanctus Ollegarius in vita sua.	31
§.5. Opera sancti Ollegarij mouent ad deuotionem.	32

Digressio,

Canonizatio quid sit.	33
§.2. Priuilegia beatorum.	35
§.3. Canonizatio particularis.	36
§.4. Canonizatio generalis.	37

Digressio.

De splendoribus sanctorum.	37
§.2. Generatio æterna in splendoribus sanctorum.	38
§.3. De splendoribus sanctorum, angelorum, & hominum.	39
§.4. De splendore Virginis Mariæ.	40
§.5. De splendore Pauli.	41
§.6.	46.

Index Præcludiorum.

§.6. Splendores imaginum sanctorum.	41
§.7. Imago sancti Ollegarij cum splendore deaurato diademate.	42
§.8. Splendores hypocritarum.	42
§.9. Effectus canonizationis.	43
§.10. Splendores plurium sanctorum.	43

Digressio.

De eleuatione corporum sanctorum.	45
§.1. Eleuatio corporum sanctorum è terra, an redoleat specie canonizationis, aut beatificationis.	45
§.2. Scriptura sacra ad honorandum Deum & sanctos citatur hac uoce Eleuationis.	50
§.3. De montibus & collibus eleuatis.	53

Digressio.

De Miraculis.	54
§.2. Quomodo sancti miracula faciunt.	56
§.3. Miracula infallibilem ueritatem arguant.	56
§.4. Donum faciendi miracula non est semper in sanctis.	58
pag.	58
§.5. Miracula præter ordinem totius nature creatæ.	59
§.6. Miracula quo ad nos.	59
§.7. Tribus modis fiunt miracula.	60
§.8. Miracula supra naturam.	61
§.9. Miracula præter naturam.	62
§.10. Miracula contra naturam.	62
§.11. Maiora horum facient sancti.	62
§.12. Si homines mali faciunt miracula.	63
§.13. Homines mali quomodo faciunt miracula.	63
§.14. De potestate demonum circa miracula.	67
§.15. Canonizationis inter martyres & confessores differentia.	68

Index Capitulorum.

§.16. Si in omnibus sanctis canonizatis & canonizandis sunt & fuerunt necessaria miracula.	68
§.17. De miraculis circa valetudinem corporalem.	70
§.18. Confirmatio prædictorum.	71
§.19. Non omnia miracula fiunt in instanti.	73
§.20. Non semper Deus operatur miracula in instanti.	73
§.21. Exemplum Christi ad facienda miracula.	75
§.22. Redemptio generis humani est miraculum.	76
§.23. Quare differuntur & prolongantur miracula.	77
§.24. Insigne miraculum sancti Ollegarij.	77

Prælium sextum.

De diuisione huius operis.	79
----------------------------	----

S E C V N D A E P A R T I S.

Caput primum.

An sanctus Ollegarius floruerit & obierit tempore quo erat licitum Episcopis sanctos canonizare & beatificare.

§.2. Iura & Doctores de quo Concilio Lateranensi intelliguntur.	83
---	----

Caput secundum.

An aliquo tempore licuerit Episcopis sanctos canonizare.

pag.	87
§.2. Sancti canonizati ex sacra scriptura.	89
§.3. Sancti canonizati ex canone Missæ.	89
§.4. Sancti canonizati in iure, in Litanij, Calendario, & Martyrologio.	90
§.5. Sancti canonizati ab vniuersali Ecclesia.	91
§.6. Canonizati a Romano Pontifice.	92.
Catalogus sanctorum canonizatorum à Romano Pontifice, iuxta ritum sanctæ Romanæ Ecclesiæ.	93
§.7.	97.

Index Capitulorum.

§.7. Canonizatio particularium Episcoporum.	96
§.8. De præcipuis sanctis quos Cathalonia colit.	97
§.9. De sanctis quos Barcino colit.	98
§.10. Quis canonizauit sanctos antiquiores ante Leonem tertium.	99
§.11. Confirmatur quod dominus Papa approbauit sanctos canonizatos per Episcopos.	101
§.12. Octo Episcopi sancti in Ecclesia Barcinonensi, quatuor martyres, & quatuor confessores.	103

Digressio.

De peregrinatione S. Iacobi per nostram Hispaniã.	105
§.1. Sanctus Iacobus venit in Hispaniam.	105
§.2. Validissima probatio peregrinationis sancti Iacobi ad Hispaniam.	106
§.3. Confirmatur antiquorum traditio ex gestis S. Iacobi & miraculis in ciuitate Illerdensi factis.	107
§.4. Confirmatur nostra traditio computatione annorum.	108
pag.	108
§.5. Confirmatur nostra traditio interpretatione verborum diui Thomæ.	109
§.6. Confirmatur nostra traditio ex historia S. Ruffi Episcopi Dertusensis à D. Iacobo instituti.	110
§.7. Confirmatur nostra traditio ex historia Cæsaraugustana.	110
§.8. Cõfirmatur nostra traditio ex historia Ecclesiæ Bracharenensis.	111
§.9. Confirmatur nostra traditio ex discipulis sancti Iacobi.	111
§.10. Non obstat dictum Prudentij de S. Cucufate.	113
§.11. Cõfirmatur traditio de peregrinatione S. Iacobi per Hispaniam ex historia Granatensi.	114
§.12. Epilogus dictorum.	116
Digres-	

Index Capitulorum.

Digressio.

- Circa peregrinationem sancti Iacobi ad nostram Hispaniam, de præcepto factò Apostolis.* 116
- §. 1. Si Christus imposuit præceptum Apostolis, ut prius prædicarent Iudæis, quam Gentilibus. 116
- §. 2. Probatur propositio duabus rationibus & causis quibus Hebræi fuerunt dispersi per uniuersum orbem. pag. 118
- §. 3. De præcepto à Christo Apostolis factò. 121
- §. 4. Differentia inter duo præcepta à Christo Apostolis facta. 122
- §. 5. Propositio sententiæ contrariæ. 123
- §. 6. Adducuntur argumenta contrariæ opinionis. 123
- §. 7. Fundamenta pluribus auctoritatibus sacræ scripturæ fulcita ad respondendum aduersarijs. 124
- §. 8. Secundum fundamentum ex doctrina diui Thomæ. pag. 126
- §. 9. Responso ad argumenta aduersariorum. 127
- §. 10. Probatur nostra conclusio pluribus alijs auctoritatibus sacræ scripturæ. 131
- §. 11. Confirmatur nostra sententia & conclusio expositionibus locorum sacræ Scripturæ in hoc loco summatis. pag. 132
- §. 12. Corroboratur nostra conclusio & sententia alijs sacræ scripturæ testimonijs. 133
- §. 13. Probatur diuisio Apostolorum ad prædicandum Euangelium per uniuersum mundum. 134
- §. 14. Ampliatur nostra sententia. 135
- §. 15. Hoc epilogo animantur fideles ab Authore, ut persistant in hac ueriori sententia. 136
- §. 16. Epilogus digressionum, & continuatio Authoris. pag. 137
- §. 17. Probatur licuisse Episcopis sanctos canonizare auctorita-

Index Capitulorum.

- thoritatibus sanctorum Patrum, & grauissimorum dictis Doctorum.* 139
- §. 18. Disputat Maluisius questionem in utramque partem, an liceat Episcopis sanctos canonizare. 139
- §. 19. Ratio decidendi quare licuerit, vel non licuerit Episcopis sanctos canonizare. 142

Caput tertium.

- Rationes ad probandum licere Episcopis sanctos canonizare.* 143

Caput quartum.

- Quomodo Episcopi succedunt in locum Apostolorum, ut possint sanctos canonizare & beatificare, & Quomodo Apostoli sunt pares Petro, & Quomodo Petrus est maior & prælatus omnium Apostolorum.* 147
- §. 1. Proponitur quomodo dominus Papa est princeps omnium Apostolorum & Episcoporum. 147
- §. 2. Potestas ordinis & iurisdictionis. 148
- §. 3. De potestatis ordinis susceptione. 148
- §. 4. Differentia susceptionis potestatis ordinis inter Apostolos, Episcopos, & presbyteros. 149
- §. 5. Diuus Petrus in institutione ordinis sacerdotalis est prælatus super omnes, etiam super Apostolos. 150
- §. 6. De iurisdictionis interioris, & potestatis susceptione. 151
- §. 7. Episcopi in quibus succedunt Apostolis. 152
- §. 8. De potestate iurisdictionis in foro exteriori. 153
- §. 9. Differentia potestatis & iurisdictionis exterioris inter Petrum & eius successores, & Episcopos. 154
- §. 10. Canonizatio sanctorum pertinet ad iurisdictionem exteriorem. 155
- §. 11. Apostoli non interuenerunt in electione Petri in summum

Index Capitulorum.

<i>num Pontificem electi, sicut Cardinales in electione summi Pontificis.</i>	156
§.12. Epilogus & confirmatio eorum quæ in hoc capitulo quarto traduntur.	157
Caput quintum.	
<i>Quod in canonizatione sanctorum Capitulum & Canonici fuerunt & sunt necessarij consiliarij Episcoporum,</i>	
<i>Quod Illustrissimi domini Cardinales assistunt Sanctissimo domino nostro Papæ, sicut Apostoli assisterunt Christo domino.</i>	158
§.1. Proponitur quomodo in canonizatione sanctorum Episcopi succedunt in locum Apostolorum: & quomodo Cardinales succedunt in locum consilij & Senatus Apostolorum.	159
§.2. Consilium seniorum, doctorum, & prudentum est necessarium habentibus iurisdictionem.	160
§.3. Exemplis & autoritatibus sacræ scripturæ probatur esse necessarium consilium seniorum & virorum prudentum.	161
§.4. Requirere consilium à sapientibus est de iure diuino. pag.	162
§.5. Præcipit Deus ut eligantur consiliarij.	164
§.6. Conditiones requisitæ consiliarijs electis & eligendis, & aduocatis.	164
§.7. Electio seniorum confirmatur etiam autoritatibus & exemplis sacræ scripturæ, ex nouo Testamento. pag.	165
§.8. Sequenda sunt consilia & vota seniorum.	166
§.9. Si Episcopus tenetur requirere vota & consilia sui Capituli, & ea sequi, & quando.	168
§.10. Iura Canonice & Capituli.	170

§.11.

Index Capitulorum.

§.11. Iura Cardinalium, & munera.	171
§.12. Alia iura & munera Cardinalium.	174
§.13. In canonizatione sanctorum Canonici fuerunt consiliarij necessarij Episcoporum, sicut Cardinales sunt assistentes sanctissimo domino nostro Papæ ad hoc tam graue canonizationis sanctorum negotium.	177
§.14. Proponitur an in canonizatione sanctorum sit Episcopis aliqua concessa facultas, vel sublata, aut moderata, inhibitio Alexandri & Innocentij tertij.	178
§.15. De reliquijs & ueneratione sanctorum Alexander tertius cap.1.	178
§.16. Innocentius tertius in Concilio generali cap.2.	179
§.17. Inhibitio Alexandri & Innocentij uidetur moderata per Concilium Tridentinum.	179
§.18. Ex prima parte decreti Concilij Tridentini sess. 25. de inuocatione, ueneratione, & reliquijs sanctorum, & sacris imaginibus.	181
§.19. Vltima pars decreti eiusdem Concilij Tridentini. pag.	181
§.20. Proponuntur tres casus de nouis imaginibus.	182
§.21. Ad dicendum de nouis miraculis & de nouis reliquijs est præmittenda conclusio infra scripta.	184
§.22. In quo est modificata, aut declarata inhibitio.	185
§.23. Ponderantur uerba Concilij Tridentini pro iurisdictione Episcoporum.	186
§.24. In examine testium de imaginibus, reliquijs, & miraculis, seruanda est figura iudicij.	187
§.25. Ad euitandas fictiones & fallacias demonum, & magicæ artis, sunt testes examinandi diligenter per omnes circumstantias.	189
§.26. Interrogatoria ad examinandos testes circa miracula.	190
§.27. Tribus modis contingit fieri miracula.	191

Bbb j

§.28.

Index Capitulorum.

- §.28. Interrogatoria ad examinandos testes de re-
liquijs. 192
- §.29. De miraculis que contingunt in inuentione reliquia-
rum, & in probatione aliorum miraculorum, & san-
ctitatis sanctorum. 194
- §.30. Ponderantur iterum verba Concilij. 198
- §.31. Metropolitanus & Concilium prouinciale quid pos-
sunt facere in canonizatione sanctorum. 202
- §.32. Ad quem effectum sunt conuocandi Theologi & ho-
mines pijs pro miraculis, reliquijs, & imaginibus san-
ctorum. 203
- §.33. De reliquijs, miraculis, & imaginibus sanctorum
magna est tributa Episcopis iurisdictio, & auctori-
tas. 205
- §.34. Decretum Rotæ Romanæ circa probationes mira-
culorum. 206
- §.35. Exequutio decreti sacri Concilij Tridentini de re-
liquijs, miraculis, & imaginibus. 207
- §.36. Potest Episcopus Barcinonensis recognoscere & ap-
probare miracula, reliquias, & imagines sancti Olle-
garij. 209

Caput sextum.

- An ex parte sancti Ollegarij adessent rationes & causæ,
ut mereretur canonizari, aut beatificari. 210
- §.1. Proponuntur septem rationes ad canonizandum S.
Ollegarium. 210
- §.2. Integritas vitæ exemplari sancti Ollegarij. 211
- §.3. Beatus Ollegarius fuit valde dilectus à Principibus.
pag. 213
- §.4. Beatus Ollegarius fuit valde dilectus à summis Pon-
tificibus, qui suo tempore floruerunt. 214
- §.5. Miracula S. Ollegarij. 216
- §.6.

Index Capitulorum.

- §.6. Septem honores sanctorum conceduntur beato Olle-
gario. 217
- §.7. Integritas corporis beati Ollegarij. 219
- §.8. Dono linguarum S. Ollegarij. 220
- §.9. Donum prophetiæ S. Ollegarij. 220
- §.10. Stantibus rationibus prædictis, S. Ollegarius præ-
sumitur beatificatus, aut canonizatus. 221
- §.11. Summarium eorum que sunt inserta in processu vi-
sitationis, quæ ad hoc caput sextum pertinere videbã-
tur. 222
- §.11. Exquisitissima Medicorum & Chirurgorum cen-
sura de admirabili sancti Ollegarij corporis integri-
tate. 223

Caput septimum.

- An constet de canonizatione, aut beatificatione sancti Ol-
legarij, &
An appareant signa & inditia canonizationis, aut beati-
ficationis. 236
- §.2. De sententia inter Tarraconensem Archiepiscopum,
& Robertum de Aquilone, in qua noster Archiepisco-
pus Ollegarius septisimè appellatur sanctus. 237
- §.3. De lampadibus & cereis S. Ollegarij. 241
- §.4. Antiquissima Ecclesiæ traditio de usu luminum, lâ-
padarum, & cereorum in honorem Dei, & Sanctorum.
pag. 241
- §.5. Confirmatur de iure usus lampadarum, luminum, &
cereorum. 244
- §.6. Ecclesiæ Barcinonensis magna luminaria. 246
- §.7. Translatio corporis sancti Ollegarij post eleuatio-
nem. 247
- §.8. De cereis, & luminarijs capellæ sancti Ollegarij.
pag. 249



Index Capitulorum.

- §. 9. De iherificationibus, siue incensationibus, quæ fiunt in capella sancti Ollegarij in honorẽ suarum reliquiarum, & sui integri & incorrupti corporis. 252
- §. 10. Adolere iucensum est signum sanctitatis & venerationis. 253
- §. 11. Sanctus Ollegarius inuocatur in Litanij Ecclesie Barcinonensis. 256
- §. 12. Noster Archiepiscopus Ollegarius appellatur sanctus in libris infrascriptis. 257
- §. 13. Archiepiscopus Ollegarius quandoq. appellatur sanctus, quandoque beatus in sequentibus instrumentis. pag. 258
- §. 14. In infrascriptis instrumentis appellatur etiam sanctus & beatus Ollegarius. 259
- §. 15. In hac sententia, & in sequentibus instrumentis noster Ollegarius appellatur beatus. 261
- §. 16. Semel & iterum ad Romanum Pontificem scribit Petrus Rex Aragonum pro canonizatione sancti Ollegarij. 263
- §. 17. Duo beneficia fundata in capella ubi requiescit corpus beati Ollegarij. 264
- §. 18. Summarium plurium instrumentorum ex computis datis & receptis honorum capellæ sancti Ollegarij, in quibus semper appellatur sanctus. 265
- §. 19. Probatur de iure S. Ollegarium honorandum esse tanquam sanctum. 267
- §. 20. Non potuit institui altare, aut beneficium in honorẽ sancti Ollegarij, aut edificari capella illius sine auctoritate Romani Pontificis, aut sine licentia & decreto Episcopi. 269
- §. 21. Campana in honorem beati Ollegarij, & ad quem effectum sunt institutæ campanæ in Ecclesia Dei. pag. 271

Index Capitulorum.

- §. 22. Hæ sequentes rationes probant nostrum Archiepiscopum Ollegarium esse canonizatum, aut beatificatum. pag. 273
- §. 23. De mitra sancti Ollegarij. 275
- §. 24. His tribus rationibus probatur etiam indicium canonizationis S. Ollegarij. 276
- §. 25. Notabilis & insignis effigies, figura, & imago sancti Ollegarij, in publico Ecclesie & capellæ loco apposta per Episcopum & Capitulum, cum corona deaurata. 277

Caput octauum.

- De enuntiationis sanctitatis, canonizationis, & beatificationis S. Ollegarij. 280
- §. 1. An enuntiatione in antiquis probent, & quam probationem, aut fidem faciant. 280
- §. 2. Argumenta & inditia ad probandam beatificationem aut canonizationem S. Ollegarij. 282
- §. 3. De traditione maiorum circa ea quæ de S. Ollegario accepimus. 283

Caput nonum.

- De titulo præsumpto canonizationis, seu beatificationis S. Ollegarij. 287
- §. 1. Ex quibus præsumitur sanctitas, beatificatio, & canonizatio S. Ollegarij. 287
- §. 2. Probatur præsumptio sanctitatis, beatificationis, & canonizationis S. Ollegarij. 289
- §. 3. Respondetur obiectioni, factum non præsumitur nisi probetur. 290
- §. 4. Fama sanctitatis, beatificationis, & canonizationis probata per testes, aut instrumenta, constituit plenam fidem & plenam probationem. 293

Index Capitulum.

Caput decimum.

- Soluuntur argumenta quibus potest dubitari an S. Ollegarius sit canonizatus, aut beatificatus.* 295
- §. 1. *Soluitur primum argumentum dubitantium, an S. Ollegarius sit canonizatus.* 295
- §. 2. *Soluitur secundum argumentum.* 297
- §. 3. *Soluitur tertium argumentum, & confirmatur sanctitas, canonizatio, & beatificatio sancti Ollegarii.* pag. 298
- §. 4. *Decretum Clementis octavi de canonizatione Sanctorum.* 299
- §. 5. *Recurrendum est ad summum Pontificem pro celebrationis officijs proprijs S. Ollegarii.* 300

Caput undecimum.

- Suppositis praedictis inditijs, rationibus, & signis, an liceat S. Ollegarium non venerari.* 302

Caput duodecimum.

- An septem honores sanctorum tribuantur beato Ollegario.* 304
- §. 1. *Primus honor, quod scribatur in Catalogo sanctorum.* 304
- §. 2. *Sanctus inuocatur in publicis Ecclesiae precibus.* 305
- §. 3. *In honorem sanctorum dedicantur templa, & altaria.* 306
- §. 4. *In honorem sanctorum celebrantur Missae.* 306
- §. 5. *In honorem sanctorum celebrantur festa.* 306
- §. 6. *In honorem sanctorum depinguntur & sculpuntur figurae, & imagines.* 307
- §. 7. *De pretiosis sepulchris & theccis pro custodiendis sanctorum reliquijs.* 307

Digressio

Index Capitulum.


Digressio exquisitissima.

- Si facultas canonizandi sanctos continetur sub Patrimonio Petri, videlicet sub facultatibus Petro à Christo domino datis: & quod in his Romanus Pontifex errare non possit.* 309
- §. 1. *Ad extirpandas septem haereticorum dementiae.* 309
- §. 2. *De Christi potestate.* 310
- §. 3. *De potestate Petro à Christo data.* 312
- §. 4. *De potestate sacerdotali Petro à Christo data.* 314
- §. 5. *De potestate pastoralis Petro à Christo data.* 317
- §. 6. *De potestate dimittendi peccata Petro à Christo data.* 319
- §. 7. *De clauibus Petro à Christo datis.* 322
- §. 8. *De Petra & Petro.* 323
- §. 9. *De potestate canonizandi sanctos Petro à Christo data.* 326
- §. 10. *Sequentia antecedunt ad probandum, quod Papa non potest errare in canonizatione sanctorum.* 331
- §. 11. *Error potest contingere vel ex malitia, vel ex ignorantia.* 335
- §. 12. *In Deo non est error, malitia, aut ignorantia, neque in Ecclesia.* 336
- §. 13. *An Ecclesia & Romanus Pontifex possint errare canonizando sanctos.* 337
- §. 14. *Ponderatur doctrina diui Thomae de canonizatione sanctorum.* 340
- §. 15. *Remedium ad praeseruandam ne in canonizatione sanctorum interueniat fallibilitas, est de fide.* 341
- §. 16. *Canonizatur doctrina diui Thomae circa iudicium eorum qui praesunt Ecclesiae.* 342
- §. 17. *Romanus Pontifex, aut Ecclesia non potest errare in canonizatione sanctorum.* 346
- §. 18. *Gravisimorum doctorum sententia, quod Papa non potest*

Index Capitulorum.

<i>potest errare in canonizatione sanctorum.</i>	349
<i>S. 19. Si Episcopi in canonizatione sanctorum poterant errare quando antiquis temporibus sanctos canonizare solebant.</i>	351
<i>S. 20. De testibus in canonizatione sanctorum examinatis.</i>	355
<i>pag.</i>	355
<i>S. 21. Conclusio digressionis.</i>	359
<i>Caput decimumtertium.</i>	
<i>De huius libelli peroratione.</i>	363

F I N I S.



INDEX RERVM

Quæ continentur in hoc tractatu.

A



- A** Cceptatio alicuius in sanctorum solet fieri ab Ecclesia. pag. 293.
Agni splendor. 38.
Aesius episcopus Barcinonensis martyr & sanctus. 103.
Altare & capella S. Ollegarij. 248.
Angelorum splendor. 39.
Angelus magni consilij. 167.
Approbare miracula, reliquias, & imagines sanctorum. 186.
Approbatio canonizationis sanctorum antiquorum. 102. 99.
Apostoli confirmati in gratia. 13.
Apostolis iurisdicatio plenissima est extraordinaria & delegata: in Petro est ordinaria. 147. & seqq.
Apostolis an sit factum præceptum a Christo, ut prius prædicarent Iudæis, quam Gentilibus. 117.
ab Apostolis non potuit Petrus abdicare facultatem canonizandi sanctos. 155.
Apostolorum diuisio ad prædicandum gentibus. 134.
Apostolorum prælatus est Petrus. 150. & seqq.
Apostoli duodecim, discipulis septuaginta. 166.
Apostoli habent seniores in concilio. 166.

C c c j

Apostoli

Index rerum.

Apostoli iudices. 168.
 ad Apostolicæ sedis iudicium recurrendum est ex toto orbe. 173.
 Apostolorum prælatus supremus & princeps est Papa 140.
 Apostoli sunt pares Petro. 141. 143.
 Apostolis parem potestatem tribuit Dominus. 144.
 Apostolis in quibus succedant Episcopi. 152.
 Aragonum Regnum est Hispania. 107.
 Archiepiscopus Tarraconen. Bertrandus de anno 1151. vocabat sanctum Ollegarium beatum. 237.
 Archiepiscopi in canonizatione & veneratione sanctorum tenentur requirere vota suffraganeorum. 203.
 Azoris sententia de canonizatione sanctorum. 109.
 Ausa Vicensis colit sanctos suos. 57.
 Antichristus faciet miracula. 66.

B

B Arcino octo colit sanctos Episcopos de tempore Apostolorum. 98. 103.
 Barcinonensis Ecclesiæ titulus sanctæ Crucis. 105.
 de Balam. 65.
 de S. Bauone eleuato. 48.
 Beare, est beatum facere. 12.
 Beatus in hac vita nemo vere dici potest. 12.
 Beatitudo est vita æterna, & reuelatio magni Dei. 13.
 Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione 13.
 Beatificationis & canonizationis differentia. 33.
 Beatificationis priuilegia. 35.
 Beneficia duo in capella S. Ollegarij. 264.

C

C ampna beati Ollegarij est signum sanctitatis. 271.
 Cayphas prophetauit. 65.
 Canonizauit Christus seipsum & Apostolos. 12. 32. 68.
 Canoni-

Index rerum.

Canonizatos sanctos, & eorū reliquias veneramur. 23.
 329.
 ad Canonizationem prærequiritur sanctitas, & munditia cordis. 28.
 non Canonizatus sanctus. 24.
 Canonizatus veneratur, inuocatur, adoratur eius imago, corpus, reliquiæ minutissimæ, cineres, & vestimenta. 23.
 de Canonizatione gloriatur sanctus. 23.
 ad Canonizandum sanctum preces. 25.
 pro Canonizatione sanctorum laboremus. 25.
 ad Canonizandum sanctum argumētum maximum. 27.
 ad Canonizationem requiruntur miracula, sanctitas, & bonitas vitæ. 29.
 inter Canonizationem, & beatificationem differentia 33. 68.
 Canonizatio quid sit. 33.
 Canonizatio particularis. 36.
 Canonizatio generalis & solemnis. 37.
 Canonizatio inter martyres & confessores. 68.
 Canonizatorum sanctorum catalogus. 93.
 Canonizare ad quem pertinet. 84.
 Canonizare potest Episcopus. 84.
 Canonizationis actus reseruatus Papæ. 84.
 Canonizationis actus nō erat reseruatus de anno 1136. sed de 1214. 84.
 Canonizare sanctum potest Episcopus. 84.
 Canonizati autoritate scripturarum. 89.
 Canonizati ex tacita approbatione vniuersalis Ecclesiæ. 91.
 Canonizauit solemniter primus omnium Leo 3. 92.
 Canonizatio B. Ollegarij probatur. cap. 6. & 7.
 Canonizati a Romano Pontifice. 92. 93.
 Canonizatio particularium Episcoporum. 96. 141.
 Canonizati sancti quorum nomina inueniuntur in Martyrologio Romano. 90.
 Canonizationis sanctorum quæstio exagitur & concordatur. 139.

Index rerum.

- Canonizationem potuit Papa sibi reservare. 140.
Canonizatos per Episcopos veneratur Ecclesia. 140.
Canonizare non erat Episcopis prohibitum. 146.
Canonizatio sanctorum continetur sub iurisdictione exteriori. 155.
Canonizandi sanctos facultatem non potuit Petrus abdicare ab Apostolis. 155.
Canonizationis actus fuit reservatus ab Alexandro 3. & Innocentio 3. 157.
in Canonizatione sanctorum Papa requirit vota Cardinalium. 177.
in Canonizatione & approbatione sanctorum Episcopus tenetur requirere vota Canoniorum. 177.
ad Canonizandum S. Ollegarium ratio. 221.
Canonizatus est S. Odo Episcopus Vrgellensis ab alio Episcopo Vrgellensi. 277.
ad Canonizandum sanctum probandum indicium & argumentum si appelletur sanctus ab eo qui potuit canonizare. 282.
Canonizationis indicia, signa, & rationes, & adminicula reddunt probationem magis euentem. 283.
Canonizationis titulus præsumptus in fauorem S. Ollegarij. 289.
Canonizatione S. Ollegarij instat S. Raymundus de Penyafort, & Rex Aragonum Petrus tertius, & Reuerendus Bernardus Olorde. 296.
Canonizatio Episcopi non se extendit ultra diocesim. 296.
Canonizatio Papæ obligat totam Ecclesiam. 296.
Canonizatio sanctorum est de fide. 342.
pro Canonizatione S. Ollegarij recurrendum est ad Patrem. 296.
Canonizatus an sit B. Ollegarius. 296. 297.
pro Canonizatis habentur sancti, qui a ducentis annis venerantur. 303.
Canonici sunt consiliarij necessarij Episcopi. 169.
Canonici sunt clerici primi gradus. 170.
Canonici libera contradicendi facultas. 169.

ad

Index rerum.

- ad Canonicos spectat eligere Episcopum. 170.
Canonici tenentur præstare sua vota & suffragia Episcopo. 177.
Canoniorum vota tenetur Episcopus requirere in canonizatione & veneratione sanctorum. 160. 177.
Capitulum & Canonici membra, Episcopus caput. 169.
ad Capitulum spectat administrare sede vacante. 171.
Capitulum succedit collegio Apostolorum. 170.
Capella S. Ollegarij. 248. & fere per totum cap. 7. cum indulgentijs. 274.
Cardinales clerici Christi. 171.
Cardinales sunt sacerdotes Leuitici generis. 171.
Cardinalis est pars corporis Papæ. 173.
ad Cardinales pertinet Papam eligere, eique assistere. 173.
Cardinales succedunt in locum Apostolorum. 172.
Cardinales esse est necessarium. 175.
Cardinales sunt seniores. 172.
Cardinales suppleunt defectus Episcoporum. 175.
Cardinales succedunt loco concilij. 176.
Cardinales sunt cardines cœli, maris, & terræ. 176.
Cardinales sunt septem candelabra. 176.
Cæcus a natiuitate illuminatur. 74.
S. Cecilius primus Episcopus Granatensis discipulus S. Iacobi. 115.
S. Cecilius recuperavit visum miraculosè. 115.
Cæsaraugustæ apparitio Virginis Mariæ in columna B. Iacobi. 110.
Cæsaraugustæ Virginis Mariæ miraculum. 197.
S. Cipriani sententia de canonizatione Episcoporum. 138.
Coloniæ Indæorum erant in Hispania, quibus prædicauit diuus Iacobus, sicut & Gentilibus. 117.
Colles eleuati sunt sancti canonizati. 51.
de Clauibus Petro a Christo datis. 322.
Consilium est necessarium Principi & Prælato. 160.
Consilium introductum de iure diuino. 162.

Consilium

Index rerum.

- Consilium in re graui. 163.
Concilij loco succedunt Cardinales. 176.
Concilium Prouintiale de imaginibus, miraculis, & reliquijs sanctorum. 202.
Consiliarij Papæ Cardinales, Episcoporum Canonici 158. 177.
Consiliarij sunt prudentes, sapientes, seniores, & legum conditores. 160.
Consiliarium electio. 164.
Consiliarius Christus. 167.
Congruus & conueniens fuit, vt prædicationem euangelij inciperent Apostoli a Iudæis. 128.

D

- D**eus assistit in canonizatione sanctorum. 332.
Deus mouet corda populorum ad inuocandū sanctos. 25.
Deus miracula facit ad inuocationem sanctorum. 25.
Deus laudatur. 25.
de Demonibus. 55.
de Dima sancto latrone. 69.
Dertusa colit sanctos suos. 98.
Dispersio Iudæorum. 118.
Diuina prouidentia in canonizatione Ecclesiam dirigit vt non erret. 338. 341.

E

- E**cclēsia non potest errare in canonizatione sanctorum. 337. 345.
de Ecclesiæ veritate dubitare non licet. 348.
Enuntiatiuæ de sancto & beato Ollegario. 281.
Enuntiatiua vna quomodo probet. 281,
Enuntiatiuæ plurium instrumentorum probant, etiam si sit res inter alios acta. 281.
Enuntiatiua verba plurium instrumentorū habent vim plurium testium. 282.

Enigmata

Index rerum.

- Enigmata scripturarum. 345.
Elevatio corporum sanctorum. 45.
Elevatio corporis S. Ollegarij. 4. 46. 52. 54. 124.
Elevatio est canonizatio. 45. & seqq.
Error non est in Deo. 336.
Error ex malitia, vel ex ignorantia. 335.
de Elia. 72.
Episcopus potuit canonizare sanctos. 84. 88.
Episcopi sancti ecclesiæ Barcinonen. sunt octo. 99.
Episcopis inhibitum de reliquijs sanctorum. 179. & seq.
Episcopis visa fuit inhibitio rigurosa. 180.
Episcopis iurisdictio concessa probant verba Conc. Tridenti. admittere, recipere, approbare, reprobare, recognoscere, compertum habere, comperire, iudicare, & controuersiam dirimere. 199 & seqq.
Episcopus solus non faciat approbationem. 203.
Episcopi quare adhibent Theologos, & pios viros in consilio. 204.
Episcopis maxima facultas concessa. 199.
Episcopus recipere potest informationes & inquisitiones de imaginibus & reliquijs sanctorum. 206.
Episcopus Barcinonen. quid potest facere pro S. Ollegario. 209.
Episcopus Vrgellen. canonizauit S. Odonem trienio ante obitum S. Ollegarij. 277.
Episcopi canonizatio non se extendit ultra suam diocēsim. 296.
Episcopi creati per S. Iacobum in Hispaniam. 106.
Episcopus est legatus Dei. 144.
Episcopi succedunt in locum Apostolorum. 144.
Episcopus est oculus Dei. 144.
Episcopatus ordo est maior omnibus ordinibus. 145.
Episcopi sunt fundamenta ecclesiæ, & columnæ. pag. 145.
Episcopus est manifestatiuus diuinorum iudiciorum, & angelus. 145.
Episcopis non erat prohibitū sanctos canonizare. 146.
Episcopos vocat Papa sanctissimos, Christi legatos, fratres,

Index rerum.

- fratres, coepiscopos, columnas, & summos Pontifices. 145.
Episcopi habent iurisdictionem a Spiritu sancto. 145.
Episcopi in quibus succedant Apostolis. 153.
Episcopi habent iurisdictionem immediatè a Petro, & a suis successoribus. 154.
Episcopi recipiunt a Petro, & a suis successoribus iurisdictionem exteriorem. 154. Papa potest eam limitare. 155.
Episcopis licitum erat canonizare sanctos ante reservationem. 158.
Episcopus tenetur requirere consilium. 168.
Episcopus est caput. 169.
Episcopus quæ non potest sine consensu capituli. 169.
Episcopus cum Canonicis, representat Christum cum Apostolis. 170.
Episcopum eligere spectat ad Canonicos, & de electione certiorare Papam. 170.
si Episcopi in canonizatione sanctorum potuerunt errare. 351.
Episcopi potuerunt canonizare sanctos. 143.
Episcopi succedunt in locum Apostolorum. 57.
Episcopi fungebantur munere Cardinalium. 175.
Episcopus tenetur requirere vota Canonicorum in canonizatione & veneratione sanctorum. 160. 177.
Episcopis concessa facultas vigore Concilij Tridentini circa imagines, miracula, & reliquias sanctorum. 178.
Ecclesiæ regimen est monarchicum, 155. eius caput est Papa.
S. Eulalia Barcinonensis. 99.
in S. Eulaliæ inuentione & translatione miracula. 195.
Elna colit sanctos suos. 98.

F

Fatum non creditur nisi probetur. 291.
Fama sanctitatis, canonizationis, & venerationis S. Olegarij.

Index rerum.

- Ollegarij. 288.
Facultas concessa Episcopi circa canonizationem sanctorum. 178.
Figura & effigies insignis sancti Ollegarij pro claue in summitate eius capellæ, 277.

G

- G**entiles fuerunt in hæreditatem concessi Christo Domino a patre. 126.
in Gentilium fauorem multa fecit Christus. 136.
Gentilibus in Hispania prædicauit diuus Iacobus euangelium. 127.
Gerunda colit sanctos suos. 97.
S. Geroteus Hispanus discipulus S. Iacobi. 112.
Gloria essentialis & accidentalis. 17.
Gloria quomodo post resurrectionem erit maior. 18.
Gloria animæ communicatur corpori. 18.
Gloria est terminus. 20.
Gloria iuxta gradus gratiæ. 20.
Gloriæ pondus æternum. 21.
Gloria accidentalis maxima per canonizationem. 21.
Gloriæ accidentalia. 22.
Gloria accrescit sancto canonizato. 17.
ad Gloriam sanctorum pertinet præstare auxilium indigentibus. 25.
Gothorum leges. 104.
Gratia non augetur post mortem. 17.
Granatensi Monte sancto. 20.
Granatensis Archiepiscopus in inuentione reliquiarum discipulorum S. Iacobi sententia. 114. 198.
Gregorius & Bernardus post sanctum Ollegarium Archiepiscopi Tarraconenses. 238.

H

Hæreticorum dementias circa canonizationem sanctorum. 309.

D d d j Hæreti

Index rerum.

Hæreticorum error. 356.
Honor quantum estimetur. 302.
Honorem alicui debitum & acquisitum nulli licet auferre. 303.
Honores sanctorum septem. 218. 304. & per totum capitulum.
Honores sancti Ollegarij. c. 6. 7. & 12.
Hypocritarum splendores. 42.
de Honoribus sanctorum S. Ollegario concessis. 304.

I

S. Iacobus Apostolus venit in Hispaniam. 105.
Iacobus Apostolus obiit. 209.
Iacobi Apostoli discipuli varij. 111.
Iacobi corpus in Hispania colitur. 105.
Iacobi discipulorum reliquiæ inuenta. 114.
de **Ioanne** Baptista. 69.
S. Idalius Episcopus Barcinonen. martyr. 104.
Ilerdenses pueri in memoriam S. Iacobi faciunt lanternulas. 107.
Innocentij verba notabilia de Canonizatione sanctorum. 290.
Incensatur corpus & capella sancti Ollegarij. 252.
Infallibilem veritatē arguunt miracula. 56.
Inuocatur nomen S. Ollegarij in litanij. 256.
Indas fecit miracula. 64.
Iurisdicatio interior in habitu confertur per consecrationem. 151.
Iurisdicatio interior est ligata quoad exercitium. 152.
Iurisdictioni interiori omnes ordinati sunt pares. 152.
Iurisdicatio plenissima in Petro est ordinaria, in Apostolis vero est extraordinaria & delegata. 153. 154.
Iudicare de reliquijs, miraculis, & imaginibus. 178. & sequen.
de **Imaginibus** sanctorum. 205.
de **Imaginibus** nouis tres casus. 182.
Imagines sanctorum contra non venerantes. 302.

Inquisi-

Index rerum.

Inquisitiones, informationes, & examina testium de reliquijs, imaginibus, & miraculis sanctorum. 25. 187. & sequen.
Immemorialis possessio, consuetudo, & notorium. 292.
Immemorialis potest probari per testes. 292.
In immemoriali consuetudine & possessione venerationis est sanctus Ollegarius. 292.
Interrogatoria de imaginibus, miraculis, & reliquijs sanctorum. 190. 192.
Iudices sententiæ inter Bernardum & Robertum de iuribus Tarraconensibus 239.
Iudicium eorum qui præsunt Ecclesiæ. 338. 343.
Iura Canonorum & Capituli. 170.
Iura Cardinalium. 171.
Iudicium Papæ & Ecclesiæ non humanum, sed diuinum. 313. 344.

L

Lampades S. Ollegarij. 241.
de Lampadibus. luminibus, & cereis. 242.
Literanense Concilium de quo anno. 86.
Laudes cereorum. 251.
Laudes & orationes de sancto Ollegario. 275.
Limina sanctorum Apostolorum visitat sanctus Ollegarius. 4.
de Lucernis & candelabris. 244.
Lucius Episcopus Barcinonensis martyr. 104.
Luppa regina Galitiarum. 113.
Luminaria magna in Ecclesia Barcinonensi. 246.

M

Maria Magdalena. 70.
Magorum miracula. 66.
Mariæ splendores. 40.
Maria virgo & Apostoli confirmati in gratia. 13.
Mariæ virginis pannus quo terfit lachrymas Christi in passio-

D d d ij

Index rerum.

- passione. 215.
 in Martyrologio Barcinonenfi reperitur nomen S. Ollegarij. 258.
 de Montibus & collibus eleuatis. 53.
 de Miraculis sanctorum, vita, & imaginibus. 24. 30. 54.
 Miracula per intercessionem S. Ollegarij. 28.
 Miraculi diffinitio. 54.
 Miraculum est opus. 55.
 Miracula, siue illusiones dæmonum. 55.
 Miraculum est diuinum opus. 56.
 Miraculum narratum a S. Vincentio Ferrer de S. Ollegario. 78.
 Miracula quomodo faciunt sancti. 56.
 Miracula arguunt infallibilem veritatem. 56.
 Miraculis comprobantur dicta sanctorum. 57.
 Miracula faciendi donum non est semper in sanctis. 58.
 Miraculis probatur sanctitas. 58.
 Miracula præter ordinem totius naturæ creatæ. 59.
 Miracula quoad nos. 60.
 Miracula fiunt tribus modis. 60.
 Miracula varia veteris testamenti. 61.
 Miracula supra naturam. 61.
 Miracula præter naturam. 62.
 Miracula contra naturam. 62.
 Miracula maiora horum faciunt sancti. 62.
 Miracula si homines mali faciunt. 63.
 Miracula secundum præsentem iustitiam. 64.
 Miracula fecit Iudas. 64.
 Miracula fiunt ratione dignitatis. 64.
 Miracula non fecerunt Saul, Cayphas, aut Balam. 65.
 Miraculum si fuit suscitatio Samuelis. 65.
 Miracula si faciunt mali Christiani. 66.
 de Miraculis magorum Pharaonis. 66.
 si Miracula fecit Simon magus. 66.
 de Miraculis Antichristi. 66.
 si Miracula faciunt dæmones. 67.
 de Miraculis S. Ioannis Baptistæ. 69.
 de Miraculis circa valetudinem corporalem. 70.

Miracula

Index rerum.

- Miracula quædam fiunt incontinenti, quædam successiue. 73.
 Miracula facit Deus in instanti. 74.
 ad Miracula facienda exemplum Christi. 75.
 ad Miracula facienda sancti vtuntur medijs. 75.
 Miraculosa redemptio generis humani. 76.
 Miracula differendi cautæ ad salutem spiritualem infirmorum. 77.
 circa Miracula, imagines, & reliquias sanctorum facultas concessa Episcopis vigore Concilij Trident. 178.
 de Miraculis nouis. 184.
 Miracula admittere. 185.
 Miracula necessaria ad canonizandum sanctos, & vitæ integritas. 211.
 Miracula ex mitra S. Ollegarij. 276.
 Miracula noua. 192. 302.
 Miracula sunt approbationes sanctitatis & reliquiarum. 195.
 Miracula in inuentione reliquiarum. 195.
 Miracula Imperatoris Conitantini & Heraclij. 195.
 Missæ celebrantur in capella S. Ollegarij. 271. 274.
 Mitra S. Ollegarij miraculose conseruatur. 275.
 Mitra S. Ollegarij defertur ad infirmos, per cuius contactum recipiunt salutem. 275.
 Mortem significant nox & inferi. 20.
 Monarchicum est regimen Ecclesiæ. 155.
 in Monte ferrato inuentionis virginis Mariæ imaginis miracula. 195.
 Moniales in Monteferrato. 197.
 in Monte ferrato peregrini. 197.

N

- Nodos. 321. 345.
 Nodatum & secretum. 321.
 Nundinarius Episcopus Barcinonen. confessor. 104.
 Nouum nihil in Ecclesia decernatur inconsulto Romano Pontifice. 182.

B. Ollegarij

Index rerum.

O

- O**llegarius appellatur sanctus. 257. vsque ad 267.
sunt probationes instrumentorum toto cap. 6.
& 7.
- O**llegarij splendor. 45.
- O**llegarius honorandus est tanquam sanctus, probatur de iure. 268.
- O**llegarius episcopus Barcinonensis confessor. 104.
- Obijt anno 1136. 85.
- in **O**llegarij capella & corporis visitatione miracula. 198.
- pro Officijs proprijs **S**.Ollegarij ad summum Pontificē recurrendum est. 300.
- O**do Episcopus Vrgellensis canonizatus ab alio Episcopo Vrgellensi triennio ante obitum sancti Ollegarij. 277.
- Ordinis potestas par est in omnibus presbyteris & Episcopis. 152.

P

- P**apæ sententiæ est standum. 339. 342.
- P**apa non potest errare canonizando sanctos. 331.
337. 345. 349.
- P**apa præsumitur sanctus, appellatur beatissimus, sanctissimus, sanctitas, & beatitudo. 11.
- ad **P**apam pertinet declarare quos vt sanctos debeamus venerari. 12.
- P**apa veneratur sanctos & eorum reliquias. 23.
- P**apa Alexander tertius, & Innocentius tertius reseruarunt sibi actum canonizationis sanctorum. 84. 178.
179.
- P**apa est pater patrum. 140.
- P**apa est hæres Apostolorum. 152.
- P**apa est supremus princeps Apostolorum & Episcoporum. 140.

Papa

Index rerum.

- P**apa vocatur Episcopus. 145.
- P**apa quomodo vocat Episcopos. 145.
- P**apa potest sibi referuare & limitare iurisdictionem exterio-rem Episcopis concessam. 156.
- P**apam certiorare de electione Episcopi. 170.
- P**apam eligere pertinet ad Cardinales. 173.
- P**apa requirit vota Cardinalium in canonizatione sanctorum. 177.
- P**apa consulendus pro sancto Ollegario. 209.
- de Patrimonio Petri. 309.
- de Potestate Christi. 310.
- de Potestate Petro a Christo data. 312.
- de Potestate sacerdotali. 314.
- de Potestate pastoralis. 317.
- de Potestate dimittendi peccata. 319.
- de Petra & Petro. 323.
- de Potestate canonizandi sanctos. 326.
- Pallium sancti Ollegarij. 276.
- Pacianus Episcopus Barcinonensis. 104.
- Petrus Apostolus sedit Ierosolymis annos quinque, Antiochiæ annos septem, Romæ annos viginti quinque. 108.
- Petrus & Paulus Apostoli si venerunt in Hispaniam. 109.
- Petrus maior est Apostolis. 144.
- Petro sunt pares Apostoli. 150.
- in Petro iurisdic-tio plenissima est ordinaria. 153.
- in Petri successoribus est etiam ordinaria sicut in Petro. 154.
- Petrus fuit creatus Papa a solo Christo domino. 157.
- Petrus est prælatus Apostolorum. 157.
- Petri promissio. 26.
- Petrus martyr primus Episcopus Bracharensis discipulus sancti Iacobi. 111.
- Petrus de Sancto Minato dat sancto Ollegario decimas ad illuminandas lampades. 260.
- Petrus Rex Aragonum secūsus instat canonizationem sancti Ollegarij. 296.

Petrus

Index rerum.

Petrus Rex Aragonum tertius sua præsentia authorizavit processionem translationis corporis S. Ollegarij. 248.
 Peregrinatio S. Iacobi. 105.
 Possessio immemorialis centum annorum æquiparatur longissimo tempore. 292.
 in Possessione quatercentum annorum est sanctus Ollegarius veneratus tanquam sanctus. 292.
 Pie, idest de fide. 344.
 Potestas ordinis & iurisdictionis. 148.
 de Præceptis factis Apostolis, ne prædicarent Gentilibus. 117.
 Prophetiæ S. Ioannis. 175.
 Principi quod placuit legis habet vigorem. 141.
 Præsumptus titulus canonizationis S. Ollegarij. 287.
 Præsumitur bonus & sanctus in senectute qui fuit bonus & sanctus in iuventute. 288.
 Præsumitur ab honestate vitæ. 288.
 Præsumitur bonus electus ad munera & honores. 288.
 Præsumuntur quæ fieri solent, etiam si alias non præbentur. 291.
 Præsumuntur quæ habent causam probabilem. 291.
 Præsumitur canonizatio S. Ollegarij. 291.

Q Vinque annos sedit Petrus Ierosolymis, Antiochie septem, Romæ viginti quinque. 108.
 Quibus & quot modis dicatur sanctus, beatas, sanctitas, sanctitudo, & sanctimonia. 8.
 Quare Episcopi adhibent Theologos, & pios viros in consilio. 204.
 Quomodo faciunt miracula sancti. 56.
 Qui sanctus est sanctificetur adhuc. 13.
 Qui stat videat ne cadat. 13.
 Qui vult ædificare Ecclesiam, provideat luminaria. 245.
 Quid intelligatur nomine Principis. 249.

Qui

Index rerum.

Qui sunt Sacristæ. 250.
 Quare differuntur & prolongantur miracula. 77.
 Quid sit traditio. 284.
 Quilibet Episcopus potest sanctos canonizare. 88.
 Quæ fieri solent præsumuntur, etiam si non præbentur. 291.
 Qui tollit peccata mundi. 319.
 Quomodo & quando hæreticis est respondendum. 360.

R

R Aymundus Berenguer tertius dedit B. Ollegario civitatem Tarraconensem. 237.
 Raymundus Berenguer quartus duxit Petronillam in matrimonium. 237.
 S. Raymundus de Penyafort instat canonizationem S. Ollegarij. 296.
 S. Raymundi de Penyafort miracula post canonizationem. 98.
 de Rege & homine plebeio exemplum de gloria accidentali. 22.
 Reges, Imperatores, & Principes venerantur sanctos canonizatos, & eorum reliquias. 23.
 Recognoscere reliquias, miracula, & imagines. 182.
 169.
 Reliquias sanctorum discipulorum sancti Iacobi. 114.
 de Requisitis in canonizatione sanctorum. 28.
 circa Reliquias sanctorum & miracula facultas concessa Episcopis. 178.
 de Reliquijs novis. 184.
 Reliquiæ antiquæ. 184.
 Reliquiæ de novo inventæ vt colantur Deo cura est. 193.
 Reliquias recipere. 199.
 Reliquias recognoscere. 199.
 Reliquias novas & de novo inventas. 200.
 Reliquiæ sanctorum in pretiosis theccis custoditæ. 307.

E e e j

Reme

Index rerum.

Remedium ad præseruandum ne in canonizatione sanctorum interueniat error est de fide. 342.
Resurrectio. 61.
Robertus de Aguilone Princeps Tarraconensis inuestitus a sancto Ollegario. 238.
S. Ruffus primus Episcopus Dertufenfis discipulus sancti Iacobi. 98.

P

Sanctus, beatus, sanctitas, & beatitudo quæ ut modis dicatur. 8.
Sanctitas dicitur de Deo essentialiter. 9.
Sanctificat Deus creaturas. 9.
Sanctitas participata dicitur de Ecclesia militanti, & triumphanti. 10.
Sanctitas conuenit viatoribus. 10.
Sanctitas dicitur de templis, & de alijs Deo dicatis. 10.
de Sanctitate nemo certus est. 10.
Sanctus præsumitur Papa. 11.
Sanctus qui est sanctificetur adhuc. 13.
Sanctitas & munditia cordis prærequiritur ad canonizationem. 13.
Sanctitudo & sanctimonia. 14.
Sancti sunt omnes existentes in beatitudine. 16.
Sanctorum omnium festum. 16.
Sanctos canonizatos, & eorum reliquias veneramur. 17.
Sanctus non canonizatus. 22.
Sancti canonizati venerantur imagines, corpus, reliquias, cineres, vestimenta, honorantur loca, celebrantur dies, ædificantur Ecclesie, deteguntur capita in eorum præsentia. 22.
Sanctus gloriatur de canonizatione. 23.
Sancti vident in verbo vota & oratione fidelium. 26.
Sancti non omnes vident quæ representantur per diuinam essentiam. 28.
Sancti non comprehendunt. 28.

Sanctorum

Index rerum.

Sanctorum dicta comprobantur miraculis. 57.
Sanctitas comprobatur miraculis. 58.
Sanctorum intercessione. 26.
de Saule. 65.
Samuel suscitatur. 65.
Sancti intercedunt pro vita salute, & pro alleviatione doloris. 71.
Sanctorum dies festi qui in vniuersali Ecclesia venerantur. 88.
Sanctorum festiuitates & solemnitates ab Episcopi institutæ. 88.
Sancti canonizati autoritate scripturarum. 89.
Sancti qui continentur in canone Missæ. 89.
Sancti qui in iure canonico declarantur sancti. 90.
Sancti ab vniuersali Ecclesia approbati & acceptati tanquam canonizati. 91.
Sancti canonizati a Romano Pontifice. 92.
Sancti canonizati a particularibus Episcopis. 96.
Sanctos quos colit Cathalonia varijs in locis. 97.
Sanctorum canonizatorum autoritate Episcoporum sententia doctoris Azor. 200.
Seuerus Episcopus Barcinonensis martyr. 99.
S. Stephani os. 113.
Sanctorum honores. 218. 304.
Sancti qui sunt in possessione venerationis a ducentis annis. 303.
Sanctitudo. 14.
Sanctimonia. 14.
Sanctificatio efflorescit. 19.
Sacerdos in æternum. 172. 316.
Sacerdotes noui testamenti succedunt iuribus sacerdotum veteris testamenti. 172.
Sede vacante administrare Ecclesiam spectat ad Capitulum. 171.
Sepulchrum S. Ollegarij. 248.
Seniores. 160. & seqq.
Splendores sanctorum. 35.
Spiritus sanctus dirigit Ecclesiam Dei. 341.

E e e ij

Soluere

Index rerum.

Soluere & ligare declarantur. 321.
Simon magus. 37.

T

Tarraco colit sanctos suos. 97.
Tarraco ciuitas data B. Ollegario. 237.
de Testibus in canonizatione sanctorum. 355.
Titulus præsumptus. 287.
Theodosius primus Episcopus Barcinonensis. 104.
Titulus sanctæ Crucis Barcinonensis Ecclesiæ. 105.
Translatio corporis sancti Ollegarij. 248.
Tobias. 72.
Thomas Cantipratanus eleuatus. 49.
Thurificare & adolere incensum. 252. 253.

V

Valetudo corporalis. 71.
de Ulceribus Iob. 72.
Veneratur tanquam sanctus beatus Ollegarius. 286.
Victor Episcopus Barcinonensis martyr. 103.
Visio diuinæ essentiæ. 21.
Virtus diuina est causa occultissima intrinsecus secretissime operatur. 345.
Vita hæc mortalis est via. 20.
Vrgellum colit sanctos suos. 98.
Vrgellensis Episcopus canonizauit S. Odonem triennio ante obitum S. Ollegarij. 277.

F I N I S.



BARCINONE,

Ex formis Gabrielis Graells.

MDCXVIII.





PARCINOME

Ex forma Gabrielis Gault

MDCCLXXII

